



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo**

**Galeottus <Martius>**

**Basileae, 1517**

Galeotti Martii Narniensis, De Homine Liber Secvndvs. Ad Ioannem  
Archiepiscopvm Strigoniensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31834**

GALEOTTI  
MARTII NARNIENSIS, DE HOMINE  
LIBER SECVNDVS. AD IOAN  
NEM ARCHIEPISCOPVM  
STRIGONIENSEM.



EXTERIOREM hominem libro  
superiori R. Pater. satis superq;  
descripsimus, secundum animi  
nostri propositum. Nunc id ag  
grediemur quod in pollicitis fue  
rat, nam de interiore loquemur,  
eo ordine, quo ab initio ceppi  
mus. A capite enim cum extero  
ra narrauimus, nobis fuit initiū.

& iam cū de interioribus ratiocinabimur, ab his quæ in ca  
pitate sunt sumemus exordium.

CEREBRVM

Cerebrū.



ALVA continet Cerebrum, quod in tres par  
tes distinguitur. nec illud Lactantiij nos moue  
at, quodam libro de opificio ait, his uerbis quia  
cerebrum in quo sentiendi ratio est, quous sit  
unum, tamen in duas partes membrana intercurrēte discre  
tum est. de ea locutus est cerebri distinctione quæ diuersa  
iudicatur. Nam pars cerebri posterior quā occipitium conti  
net sicior, duriorq; reliquo cerebro est. ideoq; quasi alteri  
formæ a Lactantio prætermittitur. Partes anteriores mem  
brana

brana quadam uestitæ in medio habet cauernulas quasdam, quas, ut inquit Macrobius, uentres cerebri nostra uocauit antiquitas. & in harum cauernarum angulis, ut tradit phisici, concipiuntur uisa animi. sic enim Græci phantasias uocant. illic imaginatio. illicq; memoria esse perhibetur. licet quidam aliter sentiant. Membrana qua cerebrum uestitur sensum habet, cerebrum uero uim sentiendi nullam continet. hanc membranam partes uestientem, & illam quæ totum inuoluit cerebrum, uocant omentum. Vnde Macrobius, & cerebrum quod tactu sui hominem uel torquet, uel frequenter interimat. non suo sensu, sed uestitus sui, id est omenti hunc importat dolorem. Sed omentum est generale uocabulum ad omnes membranas interiora tegentes, Persius, Cum tibi tot iunicum inflammans omenta liquefcunt. ut latius dicemus inferius. Sed nulli animantium tantum cerebri natura contribuit, habita tamen ratione corporaturæ, sicut homini. Hoc cum palpitat uiuacitatem ingenij indicat. Nã de Zoroaste legimus, qui artes magicas reperit primus, eo die quo genitus est, risisse. & eius cerebrum palpitate ut impositam repelleret manum, futuræ (ut ait Plinius) præfagio scientiæ. Cerebri & uitia & morbi sunt. Vitio cerebri cerebrosos fieri nemo ignorat. Est autem cerebrosus duræ & pertinacis & stultæ ac peruersæ cupiditatis, tam ad hominem quàm ad bruta pertinens, Horatius tertio Sermonum, Donec cerebrosus profilit unus. L. Columella secundo, quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipue bobus quos pabulo suo cerebrosos reddit. Hæc quæ in osus desinunt, nimietatem, ac uitiositatem dicunt,

Ventres cerebri. Visa animi. Phantasia.

Omentum

Cerebrum homini maximum.

Cerebri uitia & morbi. Cerebrosus.

Nomina in osus.

Morosus dicunt, ut demonstrat Morosus. Sed, ut diximus, in cerebro  
 In cere/ memoria est, quæ est Sapientia mater. Ex ea enim genita  
 bro me/ Musas Poetæ summa ratione finxerunt. Vnde rectissime  
 moria. Afranius de gignenda, comparandaq; sapientia opinatus  
 Memori/ a sapietia est, nã eam Vfus & Memoria filiam dixit, in uersibus ab  
 mater. A. Gellio allegatis.  
 Vfus me genuit, mater peperit Memoria,  
 Sophiam me uocant Graij. nos sapientiam,  
 Mala a ce/ Ex cerebro mala sunt plurima & periculosissima. hoc est  
 rebro. Apoplexia, & Epilepsia quæ in eodem loco, sed nõ hisdem  
 fiunt causis, nam utrumq; gignitur cum uentres cerebri fu-  
 mosi crassisq; humoribus, opplentur. Sed causa diuersa, ua-  
 riaq; signa. Apoplexia siquidem quam latini attonitionem  
 Apople/ uocant omnem uim, omnesq; corporis & animæ sensus ac  
 xia. motus. uno momento recidit. nullis tamen huius mali præ-  
 Attoni- cedentibus signis, cum causæ diuersæ sint. Cornelius Celsus  
 tio. quarto. Attonitos raro uidemus, quorũ & corpus & mens  
 stupet. Fit interdãm ictu fulminis. interdũ morbo, apople-  
 Epilepsia xiam hunc morbum Græci appellant, Epilepsiam, quam in  
 hisdem cerebri locis fieri diximus ex fumosis, crassisq; uir-  
 tiatis humoribus, præcedũt capitis aggrauatio, uertigo oculo-  
 rum, & corporis motus, non uoluntarij. Attonitio non nisi  
 si fortuita est. hæc autem certo & statuto tempore redit, &  
 quæ accidit cum luna, augetur lumine, insinuat sui materiã  
 humidam, ut testatur Galenus. humida nanq; crescente lu-  
 na accipiunt incrementum. quæ uero lumine lunæ deficien-  
 te cõtingit sicciorem quidem sed frigidiorẽ sui substantiã  
 esse eodem autore didicimus, Epilepsia græce, latine uero  
 Comitia/ morbo comitalis, qui adeo detestabilis apud antiquos fuit,  
 lis morb<sup>9</sup> ut pet

ut per eum Comitia soluerent. Piaculum enim erat habere  
comitia, uiso epilepticò, sic enim ait Q. Serenus.

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo est.

Quod fieri nobis suffragia iusta recusant.

Sæpe etiam membris atro languore caducis

Concilium populi labes horrenda diremit.

Et apud ueteres moris erat, in morbum comitiale m spuere.

Plautus in Captiuis, Et isti qui sputatur, morbus interdum

uenit. Proinde tu ab isthoc procul recedas, Et paulopost

idem ait, Et eum morbum esse qui me opus sit, insputarier

ne uerere, multos iste morbus homines macerat, quibus in-

sputari saluti fuit, atq; ips profuit. Plinius nono naturalis hi-

storiae, Quam ob causam, eas damnauere mensæ, simulq;

propter comitiale morbum despui suetum, quæ solæ ani-

mantium sentiunt præter hominem. Suetonius in primo,

Comitali morbo bis inter agendas res correptus est. Qui

morbo afflictatur comitali, Caducus dicitur, ex eo q; cadit.

Et a nonnullis uocatur Lunaticus, hac ratione, quia aucta Caducus

uel diminuta luminibus luna, huiusmodi uirum facit. Ad Lunaticus

quod accedere uidetur Q. Serenus, cum de comitali loqui-

tur his uerbis,

Ipse deus memorat dubiæ per tempora lunæ

Conceptum talis quem sæpe ruina profudit.

Sed lunaticus differt re uera a caduco, is enim dicitur qui aut Lunaticus

ab insania uexatur certis lunæ temporibus, aut grauat mor- proprie.

bo. Esse autem diuersos ostendit Firmicus quarto Mathe-

seos, inquit enim, Et si luna male fuerit collocata, aut spati-

cos, aut lunaticos, aut caducos facit. Sunt igitur diuersa spa-

ticus, caducus, lunaticus. Nam spaticus is appellatur, qui quasi Spaticus.

o maligno

maligno spiritu correptus, non potest aliquo in loco consistere, sed subito mouetur. Plinius uigesimo tertio, Nec expauescentibus repente, nec spaticis, aut rursus torpētibus, nec super somnos genitura effundatur. Cerebri quoque morbus est lethargus, est enim rerum obliuio. Boetius primo de consolatione,

Lethargus solatione, Lethargum patitur communem illularum mentium morbum, sui paulisper oblitus est. Plinius uigesimo tertio, grauedinē enim capitis morbumque lethargicum patitur. Cerebrum est sedes sapientiae, propter memoriam, de qua diximus. Unde antiqui Palladem sapientiae & armorum deam, de qua Martianus.

Virgo armata decens rerum sapientia Pallas.

Ex Iouis cerebro ortam summa ratione finxerūt. Non igitur

Aries in tutela Palladis. mirum signū arietis quod capiti dominatur, in tutela Palladis esse, secundū religionē antiquorū, quae dijs quoque signa tribuit. Unde M. Manilius secundo Astronomicon,

Lanigerum Pallas, Taurum Cythera tuetur.

Quod a sententia Platonis non discrepat, qui cerebrum putauit, animae nostrae principale habitaculum. Sed Saluator noster in corde esse monstrauit, cum dixit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Itemque, De corde pro-

Sternutamenta horum causa. cedunt cogitationes mala. Ex cerebro etiam sternutamenta sunt, tunc enim accidunt, cum coadunatos humores, fumosque collectos, ab ipso natura expellit. Et cum ad ipsum a parte exteriori, aut puluis, aut frigidus aer, aut acer odor, aut splendor solis deueniunt, Canales enim a naribus ad cerebrum admodum breues, efficiunt, ut haec omnia citissime sentiant. A cerebro

Nerui Syzygiae ad oculos sunt nerui quidam, quos Graeci (ut ait Macrobius) Syzygias uocant. Sed is qui a dextra incipit, tendit ad sinistrum.

strum. Is uero qui a sinistra, tendit ad dextrū oculum, adeo ut secent se ad similitudinē crucis, Vnde οὐβυγίας dictos putant. Coniungunt enim se. & cum in illa cōiunctione uapor fumusue fuerit, diuiditur cernēdi potestas. ut quæ simplicia sint, iudicentur duplicia. Hinc est quod qui quodam morbo grauantur, aut ebrii sunt, duplicata conspiciunt, quæ sola simplicitate consistunt. Vnde Iuuenalis, Videndi ratio.

Cum bibitur concha, cum iam uertigine tectum  
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

OS



CEREBRO transitus ad os est. Os interius, superiori & inferiori mandibulis clauditur, sic dicitis, quia mandere est dentibus conficere, licet Vergi. iij. nō ad effectū, sed ad actum retulerit.

Stat sonipes & frena ferox spumantia mandit.

Serenus uero hinc adiectiuum ad effectum retulit.

Purgatur cerebrum mansa radice Piretri.

Testudo & solum oris interioris nuncupatur Palatum. Ho Palatum. rarius secundo Sermonum,

Feruīda quod subtile exurdant uīna palatum.

L. Columella octauo, sed etiam si palatum atq; lingua concolor lanæ est. Palatum autem dictum est, quod dentibus tanq; palis uallatum sit, ita ut palatio facta uideatur. Nam palationes in Columella legimus, Dentes qui palationem uallumq; faciunt, diuersa sortiunt nomina. Nam qui prius apparēt apertis labijs, primores uocant, ipsis em̄ morsus faciunt. Pli. vij. naturalis historię, Nec cibo tantum & alimētis necessarij, quippe uocis sermonisq; regimē primores tenent

conceptu quodam excipientes ictum linguæ. Primores lati & acuti sunt, & his, ut diximus, affigitur morsus, nō sine aliorum auxilio. Sed qui feruntur quasi rotunda specie, acuti in modum ferræ, & ob hanc causam etiam serrati dicuntur, primoribus longiores, ab antiquis canini appellantur in quocumque animali. Plinius undecimo naturalis historiae. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Idem in eodem Maxillares qui sunt caninis nullum animal mutat, Caninos Molares, sequuntur molares qui duplices sunt, cibumque cōficiunt. Iuue.

Interque molares

Difficili crescente cibo.

Sed primores non omnibus dantur animantibus, de his loquor, qui in superiore parte sunt. Boues enim ouesque & ruminantia carent primoribus, qui in superiore parte sunt. Genuini nouissimi nascuntur homini, ut ait Plinius. Deriuationem nemo ignorat, cum a genis dictos uideamus. Et hos satyricorum instrumenta esse ad morsum ostendit Persius,

Secuit Lucilius urbem

Te Lupe te Muti, & genuinum fregit in illis.

Et Hieronymus in epistola ad Marcellam, In plerisque provinciis familiare est, ut genuino dente se lacerent, pro dentibus perit. Nam quasi generali uocabulo genuinus, dentes significat. Vnde Iuuenalis ad morsum esculenti referens ait. Quæ genuinum agitent non admittentia morsum.

Et dens de omnibus quæ apprehendunt a ueteribus dicitur. Vergilius sexto Aeneidos,

Tum dente tenaci

Ancora fundabat naues.

Et in primo ancoris dentes esse insinuauit eo uersu,

Vnco



Vnco non alligat ancora morsu.

Et bidens instrumentum rusticum. Iuuenalis.

Bidens.

Viue bidentis amans, & culti uillicus horti.

De dentibus humanis plura narrantur. Dicit enim Plinius hominū dentibus inesse uirus. nam speculi nitorem ex aduerso nudati hēberant, columbarū foetus implumæ necant.

Et hoc quoq; mirum est, quod eodē autore didicimus, cum ait. Dentes autem tantum inuicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore. Idemq; flammis indomiti, cauantur tabe pituitæ. A dente, dentio uerbum deriuari ostendit poeta Plautus in Milite, Venter creat omnes has erumnas,

auribus peraudienda sunt, ne dentes dentiant. A dente den-

tatus, sicuti a denticulo denticulatus manifesta deriuatione

formantur. Vnde Curius ille dentatus dictus, qui dentibus

natus est. Edentatus uero sine dentibus. Macrobius eden-

tata belluæ morsus. Et Edentulus eiusdē significationis est.

Sed sicut a labris Labeones, sic Bronchi appellantur, qui sunt

dentibus prominentioribus exporrectioribusq;. Et hinc

Brochitas. Plinius undecimo naturalis historię. Senectus

in equis & cæteris ueterinis intelligitur, dentium brochitate,

superciliorum canicie. L. Columella septimo, cum de equis

loquitur, brochitatem descripsit. Decimo tamen anno tem-

pora cauari incipiunt, & supercilia nonnunq; canescere, &

dentes prominere. A dente dentifrangibulum, Plautus in

Bacchidibus dixit. Næ tibi herde haud longum os, ab infor-

tunio, ita dentifrangibula hæc meis manib; gestiunt. Den-

tiscalpium autem & Dentifricium a scalpo & frico deriuari

nomine ipso apparēt. De dentifricio sic Apuleius in Magia

primo, Igitur legere e ludicris meis epistoliū. De dentifricio

o 3; uersibus um.

o 3; uersibus um.

uersibus scriptum. Et Martialis,

Et dentiscalpia septem.

Gingiuæ. Dentium radices in maxillis affixæ, gingiuis muniuntur, a  
Gingiuu. gignendis dentibus appellatis. Iuuenalis,  
la. Frangendus misero gingiua panis inermi.  
Cuius diminutiuum gingiuula. x. Apuleius in eo epigram-

mate, quod in Magia refert,

Complanatorem tumidæ gingiuulæ.

Quo autem colore sit, Catullus expressit,

Quod quisq; minxit hoc sibi solet mane.

Rufus color. Dentem atq; ruffam defricare gingiuam.

Dētes in Est autē Rufus color non plene ruber, Sed in omnibus ani  
uiperis mantibus dentes in gingiuis extant, præterq; in uiperis.  
tantum, Nam ut ait Plinius, non apparent supra gingiuas. Dentes  
non ex- tāt in gin- mortem iramq; demonstrant. Persius,

giuis. Dentes crepuere relecti. Vergilius nono,

Dentes Dentibus infrendens.

mortem Vicia dentium, rubigo & pituita, quæ satis nota sunt. Den-  
irāq; dei tibus morsus, ut diximus, efficitur. Iuuenalis,

demon- Ostrea callebat primo deprendere morsu.

strant. Cuius diminutiuum morfiuncula. Plautus in Milite, Com-  
Rubigo pressionis arte amantium comparatæ, teneris labellis mol-  
dentium les morfiunculæ.  
Pituita.

Morsus.

Morfiun-

cula.

## LINGVA

Lingua. **L**IN ORE est lingua, a ligandis cibus nominata.  
Lingua. Non modo membrum hominis, uerumetiam  
Latina. sermonem significat. Vnde & Latina & Græca  
Græca. lingua dicuntur. Hanc Græci nuncupant glos-  
Glossa. sam.



fam. & Latini hoc quoque uocabulo utuntur. Glossæ enim (ut ait Quintilianus) sunt secretioris linguæ expositiones, & recte notiora enim minus nota declarant. hinc etiã Glossemata uocem minus usitatã significantia deriuari autumat. A lingua ligula diminutiũ fieri (nam hæc quoque a ligando dicitur) exclusio literæ nõ obstat, cum a frango quoque fedifragus, n, litera exclusa manifesta deriuatione descendat. Lingua est irrisionis signum, cum ex ore porrigitur, Persius, Nec linguæ tantum sicut canis Appula quantum. Et in Au. Gellio Q. Claudij uerba de Gallo sic referunt, quã cum Manlio qui Torquatus postea fuit, pugnatũ est. Deinde Gallus irridere cœpit, atque linguã exertare. Sed cur antiquitas (& nunc quoque in usu est) linguam in irrisionẽ exerta uerit, cognitu facile est. Ostenditur enim lingua tanquam sermonis ministra, ac si hoc gestu indicaret longa lingua, id est, plurimo sermone opus esse, ad exprimẽda uitia eius in quem lingua exertat. Sed antequam ulterius progrediar, ne ingratus uidear, suadente Apuleio in Magia cum dicit, Cui illa fandi cura sit, impensius cætero corpore os colendũ, quod est animi uestibulũ, & orationis ianua, & cogitationũ comitiũ, plura in mediũ afferã, de hac hominis parte, hoc est, de ore. Non enim animi nostri uestibulum negligendum est, ianuã sermonis postponenda, cogitationum concilia contemnenda. his enim maxime homines cæteris animantibus præstant. Et hæc hominis pars uiros doctos ad culmen dignitatis uexit. hæc Galeottum multis principibus iunxit & maxime regi MATTHIAE uiro inuictõ, qui nondum octauum & uigesimum annum egressus, Dacia uicta, superata Boemia, fugatis ex Hungaria hostibus, Brencis in ditionem reductis, Turchorum

Glossæ.  
Glosse  
mata.  
Ligula.

Lingua  
exerta si  
gnum ir  
risionis.

Matthias  
Coruinus  
Vngariæ  
rex.

antur, a  
igram  
us ani  
eris.  
entes  
Den  
Com  
mol  
nata.  
etiam  
graca  
glos  
sam.

Turchorum exercitu saepe caeso, tam clarum in toto orbe terrarum nomen obtinet, ut nuper deua staca Euboea Chalcideque obtrita, infandis Turchorum caedibus, tota christianorum spes in sapientissimo ac fortissimo rege MATTHIA, fixa ac locata sit. Hac eadem mihi Galeotto, & diuitias parauit, & honores tribuit, & amicos conciliauit. De hac igitur latissime dicendum est. ingrati profecto esset, tam excellentem hominis partem, sicca oratione pertransire. Nam ut omittam, quantae uirtutis sint, uerba, in hoc oris uestibulo concepta, quae tam religione quam magia omnibus fere innotuerunt, dicente Horatio,

Carmine dii superi placantur carmine manes.

De literis erit sermo noster. Dicemus enim in qua parte huius uestibuli, quaeque litera formetur, & cur sit diuersae formae.

## DE LITERIS

Litera  
unde.



**L**ITERA quasi legitera, eo quod iter legentibus praebeat, hoc est, legentis iter. uel quod in legendo iteretur, ut Seruio in Donatum placet. uel a lituris, ut Priscianus addidit, dicta est. sed nobis quoque licebit aliam deriuationem imaginari & fortassis ueriores. Nam a linea magna dicta uidetur, quandoquidem graece gramme linea dicitur, & inde gramma litera, & grammatica literatura. Ad cuius deriuationis exemplum, nostra formata sunt, ita ut apud nos linea literam faciat, & haec literaturam, unde & literator grammaticus. Et literae quae notae quoque appellantur, ex lineis constant, quae aut circulum, aut semicirculum, aut oblongam, aut alterius formae figuram faciunt. Sed ubi formentur Martiano dicitur, quare autem sic scribantur

scribantur nostro ductu & auspicio utemur.

**A**. Ex duabus lineis constat, quæ suo contactu angulum  
emanantem indicant, quæ uero per transuersum posita est,  
certam mensuram hiatus ostēdit, quanto opus est in huius  
elementi enunciatione, non enim plus minusue patere de/  
bet hiatus ille, q̄ sit interpositæ lineæ mensura. nam acumē  
anguli in summo. in imo uero linearum latum spatium. cer/  
tam oris formam declarant. quandoquidem circa fauces spi/  
ritus coartatur, quia lineæ spiritum ostendētes coeunt in an/  
gulo acuto, & in fine circa os dilatatio fit, cū hæc litera pro/  
nunciatur. nam ore nimis patulo, nec nimis angusto huius  
elementi fit sonus. ideo certa fuit opus dimensione, quæ in/  
dicatur per transuersam lineam ad pronunciandum. quod  
dicēte Martiano firmatur. ipse enim ait, Nancq̄. A. sub hia/  
tu oris congruo solo spiritu memoramus. Sed sicut de hac  
litera diximus, ita in omnibus intelligendum est. lineas scili/  
cet ex quibus literæ cōstant, pro spiritus cōditione formari.

**B**. Ut idem ait, labris per spiritus impetum reclusis dici/  
mus. Et huic Martiani dicto. huius elementi figura cō/  
cordat. nam linea ab utraq̄ parte intorta, & clausa, spiritum  
in labris tortuose reclusum insinuat, & quæ in medio posita  
est, spiritus exhalationem ostendit, cuius impetu lineæ infle/  
xionem repræsentantes aperiuntur.

**C**. Ut in eodem legimus, molaribus super linguæ extre/  
ma appulsis exprimitur. Et huic uerbo figura haud dif/  
ferentanea est. nam semicirculus est, molares enim linguæ ap/  
pulti, spiritum ab una parte claudunt. ita tamen ut circa fau/  
ces reuolutus spiritus, cum in rotundum tenderet, concidat,

p semi

circulus est, molares enim linguæ appulsi, spiritū ab una parte claudunt. ita tamē ut circa fauces reuolutus spiritus, cū in rotundū tenderet, concidatur, semicirculumq; efficiat.

**D** Appulsu linguæ circa superiores dentes innascitur. Et hoc eius forma clare demonstrat. nam duæ superiores lineæ decentem hiatū oris faciunt, & linea inferius claudens illasq; quodāmodo intercicens, concisionem exhalationis per linguam ad dentes superiores appulsam insinuat. ascendit enim linguæ cuspis addentes ut spiritum concidat, qui in omnibus elementis per ipsas linearū uarietates ostenditur. nā non consideratur hiatus quantitas, nisi propter spiritū. hiscere enim & non spirare non est litteras formare.

**E** Spiritus facit lingua paulum pressiore. Hæc Martiani sententia in descriptione literæ dignoscitur. nam cū ex hemicyclo, & linea in medio posita constet, ratio ipsa dicitur in huius elementi enunciatione, quandoquidē hemicyclos fauces uersus, clausis ut in c litera est, circūactū spiritū indicat. & quod in medio semicirculi positū est, mediocritatē in eleuatione aut depressione linguæ necessariā demonstrat. nō em̄ hæc litera fit, si lingua, aut ad palatū ascendat, aut si prostrata iaceat, sed si mediocriter surgat.

**F** Dentes labrum inferius deprimētes, quod ex eius characterē deprenditur. Longiorem em̄ lineam duæ breuiiores attingunt. nā illa superior linea indicat spiritū a dentibus in labijs reflecti, nec libere euagari. quandoquidē literam a superiore parte contegit. Et inferior illum eundem spiritum a dentibus in medio fere concidi, sicuti breuior & inferior linea longiorem in medio tangit. Fuit enim necessariū in huius literæ formatione, ut uolentia esset in labris, sicut in B  
litera

litera dictum est. Ibi enim uolentia spiritus labra recludit, & hic apertis iam labris spiritus ipse truncatur. haud igitur mirum est quoniam haec litera in labris quoque concipitur, si pro Digamma Aeolico ponitur, uel Digamma pro ea, cum formationis loco & figura concordent. Duplex enim r, F, constituit si alterum alteri superponatur. & haec eadem figura inuersa digamma Aeolicum est. Et haec gerit figuram, ut diximus propter formationem, nam longior linea spiritum libere ad labia usque uenientem, insinuat. & duae breuiores uirgulae maiori aequae distantes, affixae, non nisi ex dentibus congruam incisionem exhalationis ostendunt.

**G.** Spiritus cum palato. Pro quo, Martiani sermone non est omittendum quod ponunt Grammatici, dicunt enim Caius & Cneus, C litera scribi, pronuciari uero G, & hoc propter harum literarum affinitatem, nam G & C in eodem oris tractu formantur. sed in C, spiritus licentius euagatur, in G uero retorqueatur ad palatum, quod non est eius figurae dissentaneum. Linea enim in inferiori parte hemicycli, sursum & introrsum reuoluta, reflexionem exhalationis ad palatum euidenti ratione demonstrat. Esse autem cognationem in C & G, non modo ratio sed usus ostendit. Dicimus enim centum, ducenta, & quadraginta, & quingenta pro quadricenta & quingenta.

**H.** Corrahis paulum faucibus uentus exhalat. liber enim spiritus ab omni parte exit. sicuti per latera huius litterae indicatur, quae lineam in medio per transversum positam continet, ut certa hiatus dimensio ostendatur. non enim haec littera siue aspiratio, ore nimis patulo nec clauso nimis exhalat. nam si hianti ore aut recluso dixeris, nuncque aspirationem sed efflationem effeceris.

p 2 H spiritus

I. Spiritus proprie dentibus pressus, exit sine impedimen-  
 to tenuiter, tamen, unde I eius caractere nusquam linea flechi-  
 tur. Sed hic aliquantisper immorandum. nam cum hæc lite-  
 ra sit principium numeri nostri, & plures latinæ litteræ nu-  
 merum significant, non est omittenda ratio literarum. I ex  
 recta linea constat, sine qua nulla elementa formantur. nam  
 hæc aut duplicatur, aut in rotundum agitur, aut incuruatur,  
 aut alijs modis describitur, in formatioe literarum. sola enim  
 hæc inter elementa rectam lineam continet. Et ideo maiores  
 nostri hoc uidentes, principium numeri eam constituerunt  
 & unitatem significare. unitas enim omnium numerorum  
 mater est. Ita enim inquit Boetius secundo arithmetica, quod  
 quemadmodum per se constantis quantitatis unitas, princi-  
 pium & elementum est, ita & ad aliquid relatæ quantitatis  
 mater est, demonstramus enim quod hinc & eius procreatio pri-  
 ma foret, & in eam rursus postrema resolutio. Hactenus Boe-  
 tius. Non igitur numerum per I unitatem significari, quando  
 quidem omnia elementa ab ipsa linea sumunt exordium, &  
 in lineam resoluuntur. Nec assentior Prisciano qui in libro  
 de numeris & ponderibus huius litteræ significationem, in  
 numero, a Græcis quoque detorquet. nam duplicata dualita-  
 tem, triplicata triadem, quadruplicata numerum quaternar-  
 rium representat. V quinque, quia quinta uocalis est. Et hæ  
 duæ uocales duntaxat numerum significant. C centum, quia  
 eius numeri principale elementum. D quingenta, quia inter  
 hanc & M, quod mille significat, sunt quinque litteræ quæ di-  
 midium millenarij numeri faciunt. Nam in mille, decies cen-  
 tum reperitur. Sunt hæc litteræ intermediae E F G I L. nam  
 K non est nostra, nec ea indigemus, & H aspiratio, nota est  
 litera

V cur  
 quinque si-  
 gnificat.  
 C centum.  
 D cur p  
 quinque

midium millenarij numeri faciunt. Nam in mille, decies cen-  
 tum reperitur. Sunt hæc litteræ intermediae E F G I L. nam  
 K non est nostra, nec ea indigemus, & H aspiratio, nota est  
 litera



litera. L significat quinquaginta, ad imitationem Græcorū nā apud Græcos ueteres  $\mu$  id est n numerum hūc significat. L autē & n inuicem sibi cedūt, ut ait Priscianus, & ideo lympha & nympa dicitur. X decē, quia decima est consonās. ut ait idem autor, & apud nos quoq; si diligenter inquirim⁹ decima est, nam C G Q, sunt una litera ut eodem teste didicimus. B & F, inuicem sibi cedūt, nam bruges & fruges dicimus. S uero non literam sed sibilum esse ostendemus, cū de ea faciemus mentionem. Hac igitur habita consideratione. X decima apud nos quoq; cōsonans est. Sed unum aduertendum est duas tantummodo uocales, id est I & V, duas semiuocales, ut L & M, duas mutas, ut CD, ad numerū significandum fuisse a Grammaticis assumptas. Sed X cū ex c & s constet, duplex litera, non uera consonās est. quandoquidem ex c & s efficitur. Q, quam diximus esse unam cum c & g, pro quingentis millibus apud ueteres ponebatur, quoniam erat initium nominis. De literis igitur numerum significantibus satis dictum est, nunc ad institutum nostrum reuertemur.

**K**. Faucibus palatoq; formatur, non enim in eius charactere duæ minores maiori lineæ ita applicarentur, ut angulum constituant, nisi in eius enuciatione, spiritus diuisus sursum ac deorsum, non magno tamen hiatu ad fauces palatumq; ferretur.

**L**. Lingua palatoq; dulcescit. Constat enim ex linea longa, cui breuior quadam in fine adnectitur, ita ut rectū angulum constituat, ex quo ostenditur spiritū ab ipsa lingua ad palatum illūsi. minor enim linea exhalationem libere euagatē reflecti ad palatū indicauit, in cuius reflexione

L cur pro quinquaginta.

L & n sibi inuicem cedunt.

X cur pro decem.

B & F sibi inuicem cedunt.

Q p quingentis millibus.

K

L

Locus  
Plauti in  
Aulularia.

non acutus sed rectus angulus constituitur, id est non nimis inflexa, quod esset acuti, nec nimis explicata, quod esset obtusi, sed lingua mediocriter recurvata, quod recti anguli officium est, spiritus ipse palato dulcescit. Et in hanc figuram incatus est Plautus in Aulularia his uerbis. Nec quicquam melius est mihi, ut opinor, quam ex me ut unam faciam litteram longam laqueo collum quando obstrinxero, de hac littera intellexit. Qui enim sic pendeo L, imitatur, nam corporatura lineam longam, & pedes breuiorem representant.

M

M. Labris imprimitur. Sic eius nota indicata. Nam ex tribus lineis constat, duabus latera constituentibus, & tertia sinuata lateribus, ita coniuncta, ut obtusos angulos efficiat. Huius figuræ ratio est, quia spiritus in utrumque labrum impactus, per laterales lineas representatur. & cum non habeat liberum exitum, in labrisque obuerfetur, ideo superior sinuata linea fingitur. Est enim in hac littera sonus imperfectus & quasi in exitu ad interiora repulsus, sicuti ex ipsa figura ostenditur. nam si lineam superiorem lateribus tribueris, & hanc litteram in duas æquales diuiseris portiones, erunt latera tantum quidam uncini, ex quibus retusus spiritus indicatur, unde non immerito quidam antiquorum hanc litteram hemitoniū esse dixerunt.

M hemi-  
tonium.

N

N. Lingua dextris appulsa colligitur, duas habet lineas inæquales nam dextera paulo longior sinistra est apud nos ab una enim parte magis, quam ab alia dextris lingua impingit, & ad superiora ipsa exhalatio recuruat. sicuti per lineam transversam non recte positam indicatur. nam sinistra linea transversa hac annexa, similitudinem quasi L in se continet. nam lineam rectam alia attingit, sed non in fine ut in L, nec rectum constituit angulum sed

sed alio modo descēdit, propter hanc similitudinē apud ue-  
 teres in usu fuit, ut L & N inuicē sibi caderēt. Sed apud græ-  
 cos hæc litera alia forma scribit̃, quia in græcanicæ literæ p̃-  
 nunciacione spiritus dentibus imprimitur. Hæc litera cū D  
 quoq; habet affinitatē. utraq; em̃ scilicet dentibus appulsa  
 lingua format̃. & ob hanc causam D & N, apud uetustissi-  
 mos inuicē sibi cadūt. Terentius in Phormione, Quia nō re-  
 cte accipitri tenditur neq; miluo. Legitur etiā & tennitur. ha-  
 bet em̃ n̄ litera cū d̄ cōmunionem, ut Donatus inquit.

**O**. Rotundiore spiritu comparatur. Forma enim per se  
 patet, nec declaratione indiget. circulus enim hoc est  
 forma capacissima est. Vnde ore rotundo loqui dicuntur hi  
 qui multa paucis exprimunt. capacioris em̃ formæ uidetur  
 horum uerba, q̃ eorum qui multis pauca dicūt. ideo in lau-  
 dem Græcorum dixit Horatius  
 Grais ingenium, Grais dedit ore rotundo,  
 Musa loqui.

Sed apud latinos e & o pro quantitate uariant pronuncia-  
 tionē, ut inquit Seruius in Donatū. E siquidē cū corripitur,  
 ut equus, pro animali, sic sonat quasi diphthongus æ, in qua  
 ore apertiore utimur. Cū uero producit̃, ut idē ait Seruius,  
 sic sonat quasi I, ut demens. Eadem ratio est in O, cum bre-  
 uis est, Vt opus, rotundo ore enunciatur. cum uero longum  
 O, Vt orator, Roma, intra palatū sonat. Quod rationi non  
 est dissētaneū. Breuia em̃ cito finiūt̃, ideo pleniore & aper-  
 tiorē utimur ore, ut q̃ citissime exhalet. Quæ uero producū-  
 tur diutius durant, ideo spiritus retardatur. Ea propter e lit-  
 tera longa quasi ī pronunciat̃, quia ī efficit, ut dictum  
 est, spiritus dentibus pressus. Et o longum elemētum, intra  
 palatum

L & N si-  
 bi inuicē  
 cadunt.

D & N si-  
 bi cadūt.  
 cur?

**O**  
 Ore rotū-  
 diore lo-  
 qui.

E & O ua-  
 riant, p̄nū-  
 ciationē.

**O** breuis  
 & produ-  
 ctū p̄nū-  
 ciatio.

**P**. Labris spiritus erumpit, cuius character notus est, quoniam in B litera diximus, quæ cum hac litera quadam cognatione iungatur. media enim linea in B erumpentē spiritum indicat. Sed in hac nō tanto spiritus impetu opus fuit in recludendis labijs. superiore enim labio formatur. & ideo huius elementi superiora sunt clausa. Esse autem B & P, quadam cognatione ligata, ostendunt plurima. nam triambos & triumphus dicitur. Byrrus & Pyrrhus, Byxos & Pyxos, unde & pyxides, cum buxus dicatur, certa ratione noscuntur esse cognata.

**Q**. Appulsu palati ore restricto. Sed C & Q idem sunt (teste Prisciano) quod ab eorum figura non est alienum. cum in utroq; sit semicirculus, sed in Q magna clauditur, & crispanti linea decoratur, ut restrictiore bucca & alio uerberatu opus esse in enunciatione ostēdatur. Nam in Q sonus huius literæ C est in principio, sed in fine clauditur, & uibrāte spiritu palato illiditur, cum in C libera sit exhalatio. Esse autem his elementis cognationem plura indicāt, & maxime nomen relatiuum quis uel qui. cuius obliqui tam q, q̄ c retinent. nam cuius & cui quem & quo dicimus.

**R**. Lingua crispante dicitur. Duæ enim breues longiori lingua a parte dextra annexæ, quarum superior literā claudit, inferior uero uibrata descendit, uibrationem linguæ ad superiora clauso spiritu tendentē, manifestissime ostendit. Et hæc litera canibus tribuitur, Persius,

Sonat hic de nare canina

Littera.

& Donatus in Terentium ita exponit Irritatus est ira pro uocatus

uocatus. Dicitur autem a canibus, qui restrictis dentibus, R, literam imitantur.

**S** Sibilum facit dentibus uerberatis, & ob hanc causam S  
 quidam putauerunt non esse literam. Et apud antiquos  
 saepe in uersu abiicitur. Iuuenalis,

Dispositis praediues hamis. Vergilius,

Inter se coisse uiros & decernere ferro.

Linea intorta sibilum indicat, in sibilo enim spiritus inflectit.

**T** Appulsu linguae dentibus, quia impulsis extunditur. T  
 Hoc ex eius figura depredimus, linea in longum & re-  
 ctum exporrecta, pro exeunte spiritu ponitur. quae uero in  
 summitate transuersa locatur, spiritum in ordines dentium  
 impactum indicat. & quia nusquam clauditur ab utroque latere,  
 exeuntem exhalationem ostendit. Sed haec litera apud Graecos  
 habet in se aspirationem, Et sola cum scribitur, mortem  
 significat. Vnde Persius,

Et potis es nigrum uitio praefigere theta.

Apud Latinos uero, T, ueteribus senatusconsultis inscriptum, T,  
 tribunos censuisse significabat. Apud Hebraeos uero Tau, Tau,  
 quod huius literae uim obtinet. litera salutaris fuit. Legitur  
 enim in Ezechiele, Transi per mediam ciuitatem in medio  
 Hierusalae, & signa Tau super frontes uirorum gementium. Hoc  
 autem illis contigit propter signum crucis, futurum tunc, Hoc enim  
 elementum patibuli in quo saluati sumus, formam gerit.

**V** Ore restricto labrisque prominulis exhibetur. Huius V  
 forma nota satis est, nam inferius clauditur, & superius  
 aperitur, ut compressus in principio exhalationis spiritus,

**X** liberius euagetur per labia exporrecta. X  
 Quicquid, C, atque, S, formauit, exsibilat. Sed de hac  
 q litera

q litera

litera nihil dicendum est. non enim ea indigemus, nec in numero literarum est, ut Varroni & Prisciano placuit. De C, & S, ex quibus hoc elementum constat plene diximus, ut in eius figura recognoscitur, X, nam inuersum, C, & græcum sigma continet.

**Y**, Appressis labris spirituq; procedit, ut idem Martiana ait. sed græca litera est, & in græcis dictionibus utitur. Et hanc reperit Pythagoras Samius. Differt ab, i, in pronuntiatione, quando quidem in hac litera, i, labra prope dentes premuntur, & in hac cum labris spiritus, ita ut quasi, u, litera concludatur. Linea enim dextra a parte inferiori longior, indicat non omnino ut, u, debere concludi.

**Z**, Non est litera, sed duplex sibilus, id est, duplex, s, & hoc eius figura bis intorta indicat. Hanc literam (ut Martianus ait) Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui dum exprimit, imitatur. De literis igitur cum satis superq; dixerimus ad linguam reuertamur.

## LINGVAE VITIA



Linguae  
uitia.

**L**INGVA in cæteris animantibus semper absoluta est, in homine tantum, ita sæpe constricta uenis, ut intercidi eas necesse sit. Alioquin ad loquendum inepta est, Legimus enim Metellum Pontificem adeo inexpeditæ linguæ fuisse, ut multis uicibus tortus credatur, dum meditatur in dedicanda æde Opifera dicere. Sunt igitur linguæ uitia plurima, & omissis quæ nota sunt, ut elinguis, & bilinguis, & linguarum quoq; cuius significatio

significatio patet, nam is dicitur qui nimium & stulte loquitur. Au. Gellius primo noctium Atticarum. Hoc genus homines in uerba prouectos, locuteleios & blaterones, & linguaces dixerunt. In uitijs est balbutire, id est, lingua impedita aliquid pronunciare, quod plerumq; ex industria fit. Balbutire  
Horatius primo Sermonum,

Hunc uarum distortis curibus, illum

Balbutit scaurum prauis fultum male talis.

Et balbus quod ad rem, personamq; refertur. Tibullus, Balbus.

Balbaq; non puduit dicere uerba senem.

Blesus, nam & hoc linguæ uitium est, is dicitur qui in pronuntiatione aliquam excludit literam. Nam plurimi sunt, qui elementa quædam minime possunt proferre. Vergilius in Priapeis, Blesus.

Cum loquor una mihi peccatur litera nam te

Pedico semper Blesaq; lingua mea est.

Sed tam blesus q̄ balbus, & qui maiori difficultate loquuntur, Trauli cognominantur, unde & Traulis. Lucreti<sup>9</sup> quarto, Trauli.

Magna atq; inanis cataplexis plenaq; honoris Traulis.

Balba loqui non quit, traulis muta pudens est.

In uno quoq; enim uerbo qui huiusmodi est, diu reluctat.

Et Aphthiphos lingua uitiosos esse ostendit Vlpianus de Aphthi-

edilitio edicto, his uerbis, Quæsitum an balbus & blesus & phus.

aphthiphus, isq; qui tardius loquitur, & uarus & uaricus uitiosus sit. Sed Opicus cuius meminit Iuuenalis,

Nec curanda uiris opicæ castigat amicæ Opicus.

verba solæcismum liceat fecisse marito.

Tam ad uerborum fracturam, q̄ ad libidinem refertur. Is em Opicus est, qui uerba inculcat, atq; supplantat, de quo Persius,

q 2 Actenero

Ac tenero supplantat uerba palato.

Nam huiusmodi locutio etiam ad libidinē in usu est. Non  
 oscus. mirum igitur cuius uideri debet, si opicus oscus dicitur, teste  
 osca uer- Festo. nam osca uerba, ut eodē teste didicimus, turpia sunt.  
 ba. a quibus obscena deriuant, ut quidam autumant; Sermo-  
 nes enim blandi ubi fracta & blefa uerba noscunt, cinædis  
 conueniunt. Opicus enim propter hanc similitudinem qui  
 corrodit & forat dictus est. Iuuenalis,

Et diuina opici rodebant carmina mures.

ὄπι εἰν γράει foranēn, & mures corrodingo forant. Qui-  
 Vitiligo. dam putarunt uitiliginem quoq; linguæ uitium propter  
 Martiani sermonem, qui sic in tertio libro loquitur, Scabros  
 dentes uitiliginēsq; linguarū, quas in Sola equidē ciuitate  
 contraxerat. Sed uitiligo est totius corporis uitium. Nam  
 uitiliginem faciunt diuersi coloris maculæ, per omnia mem-  
 bra dispersæ, sic dictam uel a uitio, uel a uitulo propter eius  
 membranæ candorem, qua nascitur indutus. Et hanc macu-

Alphion. lam Græci Alphon; unde nos album dicimus appellant, ut  
 ait Festus, allegans Lucilium, Hæc odiosa mihi uitiligo est,  
 unde dolet, inquit. Sed Cornelius Celsus Vitiliginem dicit  
 esse herbam, quæ alphos dicit, quia alba. cum & alia quoq;  
 sit guttis dispersa, quæ melas colore nigro dicitur; utraq; ta-  
 men serpit. Ob hanc igitur similitudinē uitiliginem magis  
 dictam puto. non enim hæc herba siue uirgultum, ut ait Fe-  
 stus, a uitulo uel a uitio, sed a uite nuncupatur. cuius natura  
 est, ut sine adminiculo stare non possit. De morbo sic memi-  
 nit Apuleius in Magia, Cum caro in humorem crassum, &  
 spumidum inimico igni colliquefacit, & spiritu in idem par-  
 to, ex candore compressi aeris albida & humida tabes fluit.

etra



terra namq; tabes, si foras e poris prospirauit, maiore dede-  
 core q̄ noxa diffunditur, pectoris primorem cutem uiligini  
 ne insignit, & omnibus maculationibus conuariat. Plinius  
 de hoc eodem morbo uigesimo naturalis historiae, Ferunt  
 eos qui quotidie edunt, scilicet capparim, Paralyfi non peri-  
 ditari, nec lienis doloribus. radix eius uiligines albas tollit.  
 Ex his igitur ostendimus uiliginem maculam non modo  
 linguae, sed totius esse corporis, & cum pro linguae uitio su-  
 mitur, per quandam similitudinē dicitur. Sicut illud Persij.

Vnde haec sarrago loquendi

Venerit in linguas.

Oris quoq; est, & oscito & oscitor in eadem significatione,  
 ab ore & cito.as. deriuata. Accidit hoc & in alijs ut passiuæ  
 uocis uerba ab actiuis plerumq; descendant, a scio sciscitor,  
 & a proficio profiscor. A cito igitur oscito & oscitor. Persius,  
 Oscitat hesternum; dissutis undiq; malis.

Et Cicero sexto ad Herennium, Cum etiam maiores impen-  
 dere uideantur, sedetis & oscitamini. Oscitare autem est hi-  
 scere, & hisciacus, qui nimium oscitat. Cato in primo rerum  
 rusticarum, Vinum ad hisciacos sic facito, de iunipero mate-  
 riam semipede crassam concidito minutim, eam teruefacito  
 cum congio uini ueteris. ubi refrixerit, in lagenam confun-  
 dit, & postea id utitor. uini cyathum mane ieiunus prode-  
 rit, Est etiam oris uitium oscedo, nam graueolentiam signi-  
 ficat Q. Serenus.

Hinc oscedo fugit linguae quoq; uulnera cadunt.

Et in ore sputum & saliuua uersantur Lucretius,

Tenuia sputa croci contacta colore.

Spuere enim manifestam habet significationem. Persius,

q̄ 3. Despuite

Oscito.  
Oscitor.

Sciscitor.  
Profiscor.

Oscitare.  
Hisciaco.

Oscedo.

Sputum.  
Saliua.

Despuit in mores.

Et saliu a saliendo dicta, in ore enim succrescit, nota signifi-  
cationis, differt tamen a sputo, nam hoc humoris nimietate  
redundat. Salua uero non modo humiditate, sed uitio ple-  
rumq; fit hominis. ideo multiplici epitheto distinguit. Per.

Lustralibus ante saluus

Expiat. Idem,

Nec tenuem solers tuxdorum nosse saliuam.

Ad Ganeonem retulit. Et in eodem legimus,

Inq; luto fixum possis transcendere nummum,

Nec gluto sorbere saliuam mercurialem.

Ad lucri cupiditatem spectare, Mercurius enim lucri deus  
est, ut testatur Plautus in prooemio Amphitryonis. Sed bea-

Salua  
uirgo.

tus Augustinus saliuam uirginem uocauit, qua stomacho  
ieiuno manauit. dicit enim, Quanta sit orandi differentia

inter uacuum uentrem & refertum, inter rubentem faciem &  
ora pallentia, inter saliuam uirginem & labia crapulis disso-

luta. Recte igitur hic doctissimus & sanctissimus uir, uirgi-  
nem saliuam dixit nondum potu ciboq; corruptam. Nam

Virginis  
charta  
apud  
Martiale

uirgo de unaquaq; re intacta dicitur. Martialis primo,

Custodit ipse uirginis pater charta.

De ore igitur satis dictum cum sit, ad fauces sermo uertat.

## FAUCES

Fauces.



FAUCES dicuntur angustiae montium, & alio-  
rum locorum. Vergilius sexto,  
Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus oris.  
Sic etiam in animantibus. Os enim ibi angu-  
statur. Sed per similitudinem nuncupantur in montibus  
alijue

alijque locis. In animantibus uero secundum earum signifi-  
 cationem. sic enim dicuntur quia ibi uox format. Nam au, Au, & o,  
 & o, inuicem commutari nemo dubitat. Dicitur enim plau- commu-  
 strum plostrū, aula olla, Claudius clodius, Faux quasi fox. tantur.  
 F, autem & digamma Aeolicum inuicem sibi cædunt. Faux F. & di-  
 ergo fox, & fox quasi uox. Fauces igitur quasi foces, & inde gamma  
 uoces. A uocibus ergo dictæ sunt. De his intellexit Vergi- aeolicum  
 lius cum dixit, Et udæ sibi inui-  
 Vocis iter. dunt.

Plautus in curculione, Os amarū habeo, dentes plenos, lip-  
 piunt fauces fame. Sunt autē fauces foramina duarū fistu-  
 larum cibalis scilicet & spiritalis, quæ cōtinua humectatione  
 indigent, sicca enim exulcerantur. Vnde Vergilius in maio-  
 rem Iuporum rabiem dixit secundo Aeneidos,

Faucibus expectant siccis. Persius,

Et agris,

Faucibus exuberat grauis halitus.

Ouidius quinto metamorphoseon,

Caret os humore loquentis.

Et

Fauces aërent uix est uia uocis in illis.

Ab his igitur suffoco & præfoco uerba formantur. Est autē Suffoco.  
 præfocare spiritū faucibus claudere. Ouidius in ibini, Præfoco.

Præfocent animæ Gnosia mella uiam.

Secunda producta, quia ex diphthongo est. nam suffoco &  
 præfoco penultima braui, licet a foco apte deriuari possint.

Extinguitur enim hominis uita quæ ex calore est, obstructis  
 faucibus. nō memini me legisse apud idoneos & emēdatos.

Sed circa fauces fit rauis, sic em apud uetustos rauedo uoca- Rauis.  
 tur. Plau. in Aululana, Si quid poscam, ad rauim poscam.

Sed fit

Raucedi/ Sed fit raucedo, aut nimia siccitate propter clamorem, aut  
nis causa nimio humore ad uocis loca fluente, ex quibus uox homini  
plerūq; negatur. Sicuti de Hortensio legit de quo sic Q. Sc.  
Vel rabidus clamor fracto cum forte sonore.

Planum radit iter, sic est Hortensius olim  
Absumpris causis, etenim confectus agendis.

Obticit cum uox domino uiuente periret.  
Et nondum extincti moreretur lingua disertis.

Vua.

Illud quod in fine palati dependet, circa fauces, ut in hiante  
homine conspicitur, uua nuncupatur, quæ etiam de apibus  
dicitur. nam cum collectæ sunt in modum bottrionis, uuam  
fecisse narrantur. Plinius cum de apibus loquitur in undeci-  
mo naturalis hystoriæ. Tunc ostenta faciunt priuata ac pu-  
blica, uua dependente in domibus templisq;. Vua igitur ho-  
minis pars, quia ut uua dependet, & humiditate uariatur.  
Sicuti uuam uitis cernimus, intumescit em & plerumq; pu-  
trefcit humore superuacuo. Et est uocis moderatrix sicuti  
uua. Dicit enim Horatius,

Ennius ipse pater nuncq; nisi potus ad arma  
Profiliuit scribenda.

Vuam autē p uino accipi testatur, idem in carmine lyrico.  
Cæcubum & prælo domitam caleno

Tu bibes uuam.

De hac hominis parte sic Q. Serenus,  
Aegrescunt teneræ fauces cum frigoris atri  
Vis subijt, uel cum uentis agitabilis aer,  
Vertitur, atq; ipsas flatus grauis inficit uuas.

Et recte nam hæc pars multis est morbis obnoxia. De na-  
tura enim sui spongiosa est, & humorem a cerebro capiteq;  
fluentem

fluentem excipit, ne ad stomachum & intestina labatur. ea propter suppuratur læditurq; frequenter. Accedit etiã ad hoc q; ibi aër repercutitur formaturq; uox. & tanq; quoddam repagulum obstat, ne spirit<sup>9</sup> naribus captatus, statim ad pulmonem deferatur. prius enim illic illiditur, ut iã purgator, sine noxa ad interiora descendat. facile enim pulmo aut nimia frigiditate, aut pestilenti aere uitiatur. hoc igitur obstaculo corruptus aer, siue a naribus, siue ab ore trahatur, aliquantisper retardatus descēdit innōxius. Esse autem mo-

Vua mo/  
deratrix  
uocis.  
Celisto/  
mia.

Partitur apri glandulas palestritis,

Apitius, interpones pullas pulli, glandulas edonas. Hinc illa pars suis laudatissima glādium dictum est. Plautus in Captiuis, Perruncauit tribus tergoribus glandia. & inde caro glandionica. Idem in Menechmis, Glandionica suillam, lardum, pernam. Esse autem suis hanc peculiarem laudē ostendit Columella, qui porcum laudat, qui est amplæ & glandulose ceruicis. Sed quidam putauerunt in homine tonsillas dici huiusmodi carnem, in brutis uero glandulas. cum glandula

Tonsillæ.  
Glādulæ.

Glandiū.

Caro glā/  
dionica.

r      dulæ

Glādulæ dulæ tā de homine q̄ de bruto dicuntur. Cornelius Celsus  
 tā de ho- quarro, itemq; arteriæ quas parotidas, uocāt, sursum proce-  
 mie q̄ de dentes, ultra aures feruntur. & in ipsis ceruicibus glandulæ  
 brutis di- positiæ sunt. Tōsillas diminutiū a tole putat Festus. Est au-  
 cuntur. tem Toles, ut idem ait, tumor fauciū. Sed animus inclinat  
 Toles. ut tonsillas dictas putem, tāq; loca in quibus fistulæ & ciba-  
 lis & spiritalis religatæ sunt, uel quia huiusmodi morbus tā  
 uehemēs acutusq; est, ut nō minus q̄ acutiores paxilli, pun-  
 gat. Tonsillas em̄ ueteres dixerunt dolatos palos in acumi-  
 ne & cuspidē præferratos, qui nauis religādæ causa in litto-  
 re figuntur, ut Festo dicente, cognoscimus. Sed unū nō est  
 Tonsillæ. obliuioni tradendum glandulas sæpenumero intumescere  
 Pali. adeo, ut hominem graui morbo infestēt. & huiusmodi mor-  
 bum tonsillas ueterum diligentia uocauit. Plinius tricesimo  
 Tonsillæ. p morbo sexto naturalis historiæ cum de electro loquitur, Pado ue-  
 ro annexa fabula, euidēte causa hodieq; transpadanorum  
 aggressibus maxime decoris causa, sed & medicinæ, quoniā  
 tonsillis creditur consistere & fauciū uitrijs. Sed has tonsillas  
 circa uuam locari, ut supra dictum est, declarat Plinius xi.  
 naturalis historiæ his uerbis, Tonsillæ in homine, in sue glā-  
 dulæ, quæ inter eas uuæ nomine, ultimo dependet palato.  
 Circa has partes nascitur morbus ille grauissim⁹ qui ab an-  
 Angina. gendo Angina dictus est, de quo Lucilius,  
 Improuisus abit quem una angina sustulit hora.  
 Hic morbus apud græcos plura sortitur nomina, pro diuer-  
 sitate ac uarietate malī, nam aliquando neq; rubor, neq; tu-  
 mor ullus apparet, corpore arido cū difficultate anhelitus &  
 membrorum resolutione, & id (ut ait Cornelius) græci *δυσπνοια*  
*χρ* uocant. Interdū lingua faucesq; cū rubore intumescunt,  
 uox

uox nihil significat, oculi uertuntur, fauces pallent, singultus quoq; adest, & hoc Græci κυνάγχη appellant. nostri uero tam hoc q̄ illud uno uocabulo Anginā nuncupant. Et græcorum quidam addunt & tertium, cum tumor tantum cum rubore est, & id κυσινάγχη uocitant. & hoc quoq; apud latinos Anginæ nomine comprehenditur. de qua sic ait Cornelius quarto, uulgo audio si quis pullum hirūdinium ederit, angina toto anno nō periclitari, Sed hic morbus maxime infestat fues, ut in multis legimus. & Vergilius tertio Georgicon huius mali periphraſim fecit, cum ait,

Et quatit agros

Tussis anhela sues & faucibus angit obes.

His igitur expeditis, de gutture dicendum est in communi, postea ad particularia descendemus.

• GUTTUR •

**G**UTTUR tam manifeste significationis est, ut Guttur. expositione non indigeat. Significat enim tubulatū intestinū, Vnde Plaut⁹ nō oblitus comici salis in Aulul. dixit, Etiā ne obturat inferiore gutturē. ne quid animæ emittat dormiēs. Genere masculino p̄ ano posuit gutturē. Vergili⁹ aut̄ p̄ gulæ parte in Georg. Et lætæ pecudes & ouantes gutture corui.

Hinc & in sacris, non clamabunt in gutture suo, pro spiritali fistula intelligitur. Persius uero etiam cibalē guttur dici ostēdit eo uersu,

Gutturē sulphureas lente exhalante mephites.

Et tam interiorem q̄ exteriorem partem gulæ significat. Iuuenalis.

Quis tumidum guttur miratur in alpibus.

Gutturo/  
sus.

Et ab hac significatiōe gutturosos dici res ipsa indicat. cum gutturosi appellantur quorum guttur tanq̄ sponsia quādam intumescit, ita ut hoc malum non morbus sed uitium

Struma.  
Strumo/  
sus.

fit. Vlpianus de ædilitio edicto, Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat. Accedit etiā ad hoc q̄ quidam istud uitium strumam nūcuparunt. Vnde Strumosus Iuuenalis,

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, ue  
Strumosum atq̄ utero pariter gibboq̄ tumentem.

Sed hoc malum & in obprobrium hominis poni, testis est  
Catullus cum dixit,

Sella in curuli struma Nouius sedet.

De quo sic Boetius tertio de consolatione. Non uis ea esse magistratibus, ut utentium mentibus uirtutem inserant, uitia depellant, atqui non fugare sed illustrare potius nequitiam solent, quo fit ut indignemur eas sepe nequissimis hominibus contigisse. Vnde Catullus licet in curuli sedentem Nouium, strumam appellat. hæc Boetius, Sed huius Strumæ filium, cognominem patri, nam ipse quoq̄ Nouius dictus est, q̄ uis esset senator, proscripsit M. Antonius, cupiditate gemmæ, cuius Nouius possessor erat, magis q̄ ratione motus. Sed hoc malum porcos quoq̄ infestat. Plinius unde

Struma  
porcos in  
festat.

mo, Guttur homini tantum & suis intumescit, aquarum quæ potantur plerunq̄ uitio. Sed huius rei medicamentum docet Columella cum dicit. strumosis porcis sanguis sub lingua emittendus est. Ex hoc igitur, quia homini duntaxat

Scrofula.

scrofula struma accidit, sumptum est, ut quædā tubera spongiosa per corpus aliquando inspersa scrofulæ dicantur a quibusdam



busdam minus idoneis. nam illa quoq; sub strumæ appellatione comprehenduntur, ut rectius strumulae quasi parvæ strumæ quæ scrofulæ appellantur, sicuti passim legentibus occurrat. In summo gutture fit gargarizatio. Gargarizare enim est sæpe ad gurgulionem id est guttur reuocare. Et hoc uerbū apud ueteres duplici constructione locatur. nam res qua sæpe guttur alluitur in nominatiuo, plerūq; in ablatiue ponitur. Plinius uicesimo naturalis historię, uoci succus sub certamine utilis & qui gargarizatur uua tumente adiecta menta. Cornelius quarto, in uetusto capitis dolore communia sunt sternutamenta excitare, inferiora uehementer refricare, gargarizare his quæ saliuam mouent. Et hæc dicta sufficiant de gutture prout duas fistulas & tam exteriorem quæ interiorē partem significat. Nunc ad reliqua transeamus. Summū gulæ, fauces uocantur. cur autem ita dictæ sint rationem reddimus superius.

Strumulae.  
Gargarizare.

FISTVLAE



FAUCIBVS incipiunt duæ fistulae, quarum altera cibalis, per quam cibus potusq; defertur. altera uero spiritalis, per quam respiratio fit, & hæc Cornelius asperam arteriam nominat. sed alia aliq; est superposita. Nam interior gula uocatur, quæ a Cornelio stomachus nuncupatur. quia stomacho connectitur, & per quam, ut diximus, cibus potusq; feruntur. Exterior uero epiglossis dicitur, licet hoc uocabulo, huius fistulae superior pars uocetur. Nam tota uocatur curculio, ut in Laetantio legimus. Is constat ex ossibus flexuosis & mollibus quasi ex anulis in catenæ modū compactis, & imperfectis.

Fistulae.  
Cibalis.  
Spiritalis  
Aspera  
arteria.

Stomachus.  
Epiglossis.  
Curculio

r 3 Nam

Sublin-  
guum.  
Minor  
lingua.

S & T in/  
uicem si/  
bi cedūt.

Anacre/  
on.

Nam ex ea parte qua iungitur cibali, lenis est. & hæc semper patet, ut spiritus habeat liberum exitum, qui ad pulmonem corq; defertur. Cibalis uero huic annexa aperitur per uices & clauditur. potus enim cibusq; cum corporales sint, modum ac uiam transmeandi faciunt. Sed cum cibus uoratur, clauditur epiglottis siue epiglossis foramen, quodam operculo chartillaginoso, quod quidam iuniores nouo uocabulo sublinguim dixerunt. Sed idonei minorem linguam nominant, Cornelius autem Celsus linguam quoque huius arteriæ obturamentum esse asserit. in quarto cum dicit, sub ipsis faucibus lingua est quæ, cum spiramus, attollitur, cum cibum potionemq; assumimus, arteriam claudit. Vnde non mirum si locus quoque epiglottis siue epiglossis dicitur, cum glotta & glossa recta ratione lingua uocetur. S enim & T inuicem sibi cedunt tam apud grecos quam apud ueteres latinos. nam pulto & pulso, merto & merso, teste Quintiliano, dixit antiquitas. Sed hæc caro chartillaginsa quam operculum spiritalis fistulæ diximus, cum ridemus attollitur, Risus enim omnia concutit, qua propter periculosum est, ne nos risus inuadat cum deglutimus, hoc enim operculum natura instituit, ne quid esculenti potentie ad pulmonem feratur, quod si accideret, nisi reijceretur, hominem strangularet. hinc est quod plerique uiri minimis quibusdam rebus suffocati interierunt, ut in exemplo sunt, Anacreon poeta, & Fabius senator ac prætor, quorum primus acino uuæ passæ periit. Secundus uero in lactis haustu uno pilo strangulatus est. Istarum fistularum iter uarium ac diuersum est. nam gula id est, cibalis fistula ad os tantum fertur. Gurgulio uero id est fistula spiritalis ad os, naresque dirigitur. Vnde loquendi facultatem habemus. Sed si respirationis

si respirationis meatus aliquo modo intercipiatur, mutos facit. Nam uocalis ille spiritus per nares quasi mugientium erumpit. Vobis em̄ transitu ad os obsepto, aut nulla omnino semita est, aut non ita patens, ut plenam emittat uocem. & huiusmodi uitium plerunq; naturale est. aliquando casus efficit, sæpenumero uí morbi, aditu intersepto, uox ad linguam non habet meandi facultatē, ex quo fiunt de loquentibus muti. Fit plerunq; e cōtrario sicuti legimus in Valerio, nam Aegles Samius athleta mutus, indignatione accēsus, uocalis euasit. Sed a mutō Mutire uerbū quod est summissa & imperfecta uoce fabulari. Persius, Mutire.

Men mutire nefas?

Et ut dictum est spiritus ad nares labens, in uerba nullo pacto conciditur. unde ad irrisiōnem pronunciatis pertinet illud Persij:

Balba de nare locutus:

Sed anteq; huic rei supremam manū imponamus, non est obliuioni tradendum, a diuersis autoribus fistulas gutturis quo ad sitū diuerso modo uocari. Nā Plinius, spiritalē fistulam interiorē uocat. cibalē uero exteriorē, quia cibalis spiritali superponitur. Cornelius autē exteriorē dicit spiritalē, interiorē uero cibalem propter sitim. nam quæ uicinior anteriori parti, exterior uidetur. Illa uero quæ longius distat a parte colli anteriore, fistula putatur interior, quia magis intus est. nam cum meminit de aspera arteria id est curculioe dicit, ita tamen ut ex parte exteriorē aspera, ex interiorē stomachi modo lenis sit. diuerso igitur respectu Plinius & Cornelius hæc dixerunt, in quibus dissentire uidentur cum maxime consentiant. Hæc igitur aspera arteria descendens ad precordia

Fistula interior.  
Exterior.

ad precordia, cum pulmone committitur: quam quidam anti  
Trachia. qui Trachiam uocant.

## EXTA

**H**IS expeditis, consequens est ut ad alia descen  
damus. Et interiorem thoracem hoc est truncum  
in duas partes secabimus, in exta scilicet & uiscera,  
una cum liene & iecore. nam hæc separatur  
quodam membrana satis dura, quam greci diaphragma,  
nostri uero transversum septum nuncupant. Cornelius  
at sub corde atque pulmone transversum ex ualida membra  
na septum est. Hoc igitur a parte superiori habet pulmonem  
& cor, quæ proprie exta ab extando dicuntur. A parte ue  
ro inferiori iecur & lienem, de quibus postea dicemus latius  
sed prius de pulmone, deinde de corde nobis sermo erit, &  
unum tamen ante dixerimus. Exta, ut dictum est, proprie cor  
& pulmo dicuntur, quia in parte superiori locantur, & lien  
& iecur hoc nomine appellantur, quoniam supra inferiora  
intestina locantur. Vergilius in Georgicis,  
Pinguiaque in ueribus torrebimus exta columnis,  
omnia simul complexus est. Romanorum religio semper exto  
rum caput putauit iecur. unde Festus hæc omnia exta dici pu  
tauit, quia dijs profecantur qui extant eminentque, ut non ali  
tu dicta putarit, sed ab officio.

## PVLMO

Pulmo.  
Fibræ.



**P**VLMO de natura sui spongiosus, & ideo est  
spiritus capax, diuiditur ad similitudinem ungu  
læ bouis. Et duæ illæ partes pulmonis fibræ uo  
cantur

cantur, sicuti in omnib<sup>9</sup> uiscerib<sup>9</sup>. nam cordis & iecoris fibræ dictæ sunt in quas iecur ipsum diuidit. unde Vergili<sup>9</sup> sexto.

Nec fibris requies datur ulla renatis.

Et pulmonis fibras dici testatur Cornelius his uerbis, A tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras unguæ bubulæ modo diuiditur. Hoc igitur pulmone respiramus. Vnde Persius,

Quod pulmo animæ prælargus anhelet.

Attollitur enim, spiritum attrahendo, & emittendo deprimitur. Hinc est quod qui superbiores sunt, ita ut grandescere cupiant, spiritum continent & intumescunt, ideo tumidi dicuntur superbi, habitu corporis ad animū translato. Huius rei non ignarus Persius dixit, Tumidi.

An deceat pulmonem rumpere uentis,

Stemmata quod Thusco ramum Millesime ducis?  
Ea enim superbix conditio est, ut hominem tumefaciat, ea quam diximus ratione. Vnde in sacris literis, Scientia inflat, id est, talem & tantum uideri animo facit, qualem ac quantum corporis indicat inflatio. Sicut enim corporaturæ futili incremento alios excellere concupiscit, ita uanitate animi præstare uanissimus exoptat, qui huiusmodi mores habet. Et in hunc sensum locutus uidetur Persius,

Superbia tumefacit

Neq; enim mihi cornea fibra est.

Ac si dicere uellet, intumescit plerumq; laudis amore correpta. Dicuntur etiam pulmones numero pluratiuo. Plautus in curculione, Renes dolent, pulmones distrahuntur. Licet Cicero in quinto ad Herennium, Hæc itaq; anhelans eximis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur, dici arbitretur per colorem, intlectionē, cum de uno duntaxat pulmone intelligatur. Ego uero sic dici a Plauto & alijs arbitror, quia  
s in duas

Pulmones.

**Pulmo-  
nis suppu-  
rationes.** in duas (ut diximus) fibras resoluitur. In pulmone fiunt ple-  
runq; suppuraciones. nam tam a capite, q̄ a multis corpo-  
ris partibus ad hunc humores defluunt. ipsumq; exulce-  
rant, & hinc nascit̄ tabes. sic enim uocatur latine, quā Græci

**Tabes.** teste Cornelio, phthisim nominant. Iuuenalis,  
**Phthisis.**

Et phthisis & uomice putres.

Ex hoc igit̄ quia pulmo tabescit, frequēs tussis est, & sangui-  
nis screatus. qui si in ignem iacit̄, mali odoris est. Qui igitur  
de hoc dubitant morbo, hac nota utuntur. Sed quo pacto  
hoc malo homines contabescant, dare ostendit. Ouidius,  
Cernis ut e molli sanguis pulmone remissus

Ad Stygias certo limite ducat aquas.

Est enim incurabilis morbus. Tabes, pulmonis portionem  
uiciatam indicat. Cum totus uero pulmo afficitur, alius est  
**Pulmo-  
naria.** morbus quē Græci πνευμονατικὸν uocant, Nostri uero pul-  
monaria. & tam de animante q̄ morbo dicunt, L. Columel-  
la octauo, Quem pulmonariam & suam curari conuenit. Et  
medici quandā herbam pulmonariam nuncupant folijs mol-  
libus, albo maculatis, ob huius similitudinē, Cum pulmo

**Suspiria.** uiciatus est, ex pulmone fiunt suspiria, quæ etiam suspiratus  
**Suspirat⁹** dicuntur. Ouidius, Et suspiratibus haustis.

**Suspirare** Suspirare em̄ manifestæ significationis est. & unde fiat, ne-  
mō fere ignorat. nam quæ mente cōcipiunt̄, retento spiritu  
hominē inflant. & si uerbo nō exprimunt̄, necessitate urgen-  
te hominē rumperēt, nisi in uentū mentis cōcepta exhalent.

**Suspi-  
riofus.** ex quo homines sic affecti onere quodā leuant̄. cōceptā em̄  
**Asthma-  
ticus.** rem in uentū efflant. Sed a suspirio suspiriosus deriuatur. Is  
em̄ dicit̄ cui uiciosa est respiratio, quē Græci Astmaticum  
uocant. In eo enim difficultas spirandi est. Plinius uigesimo  
naturalis

naturalis historiae, Suspiriosis coctum aliqui & crudum in lacte dederunt.

# COR



**C**OR ceteris animantibus in medio pectore, homini uero est infra laeuam mamillam. quod quidem in homine, sic ut prius format, ita nouissime moritur. Tradunt etiam ueteres id in homine usque ad quinquagesimum annum crescere, duabus dragmis in annos singulos, & post quinquagesimum ab eo tantum detrahi, & hominem ultra centesimum annum non uiuere defectu cordis, & ut tradidere Aegyptij. Sed cum quidam centesimum annum excessisse legant, astrorum rationi id tribuit. Cordis radices dictae sunt, ubi latius est, & alligat, ubi quoque fibras habet. Inferior uero pars ubi acuminat, mucro cordis appellat. Si cordis igitur radix uergit ad dextram propter caliditatem, dextra utentem facit. Si ad sinistram, sinistrum. Si uero aequo pendet libramentum, aequimanum facit. Et in ipso corde cauernulae, sicuti in cerebro uentres quoque appellantur. Est & membrana quam Latini, quia cordi praetendit, praecordia numero pluratiuo, genere neutro, dixerunt. licet haec membrana, apud ueteres aliquando pro membris interioribus reperiatur, Ouidius primo metamorphoseon, Mollia cinguntur tenui praecordia libro. Interdum pro ore stomachi. Sic enim fit, quia ex loco uicino sumitur denominatio. Sed praecordia graeci φρενας uocant. Haec enim ut diximus cordi praetendunt. Et omnia uiscera principaliora, in membranis propriis ac uelut uaginis inclusit prouides natura. In praecordiis est sedes hilaritatis. Nam legitur traiecta praecordia morientibus gladiatoribus cum risu mortem attulisse.

Cor  
Cor ho/  
mini in/  
fra laeuam  
mamilla.

Cor cre/  
scit, & de/  
crescit.

Mucro  
cordis.  
Dextri,  
aut sini/  
stri, aut  
ambidex/  
tri unde  
Ventres  
cordis.  
Praecor/  
dia.

In pra/  
cordijs  
sedes hila/  
ritatis.

s 2 Cuius

Cuius rei non ignarus Persius præcordiorum tactum cum  
risu esse, satyrico more monstravit, in eo loco.

Omne uaser uitium ridenti Flaccus amico  
Tangit, & admissus circum præcordia ludit.

Et horū frigiditas hebetiorē facit. Vnde poeta in Georgicis,  
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.

Et Iuuenalis ibi quoque uim ingenij esse satis clare ostendit,

Quod læua in parte mamillæ

Nil salit Arcadico iuueni.

Ibi enim cordis domicilium esse narrauimus. Sed hæc frigiditas quæ hebetem facit, tunc maxime apparet, cum uenæ non saliant. Salire enim ignei coloris est. Vnde prouidens natura, præcordiorum materiam tenui membrana composuit, ne animus cuius sedes in corde est, crassitudine obfuscaretur. Natura ( ut ait Plinius ) huic certe refertur subtilitas mentis. In qua re aliquantisper immorandum est, propter

Contra  
Seruū &  
Vallam.  
Mens &  
animus  
differūt.

Seruū & Laurentij Vallensis mendosam opinionē, putantium animum & mentem idem esse, cum sint longe diuersa. Et multi in hunc errorem lapsi sunt, quia mens & animus in eodem loco, id est, in corde consistunt, quæ ratio admodum puerilis est. Non enim omentum cerebri, & eiusdem uentriculos idem uere dixerim, quia in eodē loco, hoc est, cerebro sunt. aliud enim omentum, & aliud cerebri uentriculus est, & sic de mente ac animo dicendum est. Esse autem diuersa Poeta ostendit in primo Aeneidos,

Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.

Et in sexto,

Cui mentem animumque

Delius inspirat uates.

Et Terentius, Mala mens, malus animus. Pro diuersis igitur

apud



apud istos, linguæ latinæ obseruantissimos autores, mens & animus ponuntur. Quomodo autem differant, iam declarabimus. Est igitur mens ipsius cogitationis & consilij subtilitas quædam, certæ rationi consentanea. ideo dementes & amentes dicimus, nullo recto consilio utentes, Animus uero est uitæ & uoluntatis fundamētum. & hinc exanimis, & exanimati dicuntur. Plautus in Cistellaria, Exanimor, feror, distrahor, diripior, ita nullam mentem animi habeo. & ubi sum, ibi non sum, ubi non sum, ibi animus est. Idem in Epidico, Pauor territat mentem animi, neq; ubi meas collocem spes. Recte igitur Poeta dixit,

Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.

Nam si animum dixisset, uoluntatem quidem suam indicasset, sed non cum stabilitate consilij. Aliud enim est dicere, ita in animo est, & ita in cōsilio est. Consilium enim rectum est, cum animus plerumq; fluctuando fallatur, & sine ratione concupiscat. Et sæpe animus est ubi mens non est, sicuti clarissime ostendit Poeta in secundo Aeneid. sic enim Aeneas apud eum loquitur,

Arma amens capio, nec sat rationis in armis.

Sed glomerare manum, simul & concurrere in arcem

Cum socijs ardent animi.

Hoc postremum cupiditatis erat. potest enim animus uelle ac nolle nō absq; recta ratione, sed nō erat hoc consilij. nam recta uelle & cum cōsilio, mentis est propriū. ideo subiunxit,

Furor iraq; mentem

Præcipitant.

Ac si insinuare ueluerit, quod erat superius propositum.

Nec sat rationis in armis.

s ; Nam si

Mens.  
Demens  
Amens.  
Animus.  
Exanimis  
Exanimatus.

In consilio est.

Nam si id consilio & uera intelligentia fecisset Aeneas, se ipsum non uocasset amentē. Sed quid multis moror, nonne omnes doctissimi & antiquissimi animum ac mentem senterunt esse diuersa. Lucretius quarto,

Tenuis enim natura deum, longeque remota.  
Sensibus a nostris animi uix mente uidetur.

Cicero in quarto Tusculanarum, humanus autem animus decerpitus est, ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictū, comparari potest. hic igitur si est ex cultus, & si eius acies, ita curata est, ut nec necetur erroribus, fit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quod est idem uirtus.

His uerbis Cicero manifestauit animū ac mentem differre, quandoquidem animus priusquam efficiatur mens, id est, ratio perfecta, & rectum consilium, longo indiget laboris amfra-  
ctu. Accedit etiam ad hoc, quod quæ sunt uera dogmata, id est, scriptura sacra, de sede, quam in corde diximus, & significatione mentis, hoc quod narrauimus, sentit. Vnde illud dictum est, Dispersit superbos mente cordis sui. Nam cum animo erramus, ueniam uidemur mereri, quoniam ipse catur erroribus. Sed cum mente delinquimus, id est, certo consilio, & uera scientia, tunc non est recursus ad ueniam. Hinc

Mentiri.

est illud notum uerbum mentior. Mentiri enim est ex mente, id est, consilio facere. cum enim a ueritate discedimus uolentes, tunc mentiri dicimur, hoc est, ex mente dicere. In malam partem acceperunt, cum homo hoc facit, quoniam ad malum pronus non recte, sed perperam & gratia fallendi, quod mente concepit, enunciat, cum mentiri sit ex mente loqui. Sed in deum non cadit hæc hominis perturbatio. Vnde illud dictum in sacris uidetur, Si Dauid mentiar, quod quidam exponunt,

exponunt, si pro non, ut conditionalis pro negatiua ponatur, quod nusquam apud idoneos occurrit. magis enim placet ut in deo aliud quam in homine, uerbum hoca mente deriuatum insinuet. Nam & alia sunt quae in humanis malam gerunt significationem, & ad diuinitatem relata, inter bona locantur, ut sunt laeuus, insanus, & furor. Nam

Intonuit laeuum, Et,

Insanam uatem aspicias. Dixit poeta, & Claudianus, Iam furor humanos nostro de pectore sensus

Expulit, & totum spirant praecordia Phœbum.

Et ut unde digressi sumus reuertamur, ne uideamur oblitum, quid de hac mente senserit Aurelius Augustinus nono de ciuitate dei, eius uerba audiant. Ipsa igitur mens eorum, id est, pars animi superior, qua rationales sunt, in qua uirtus & sapientia, si ulla eis esset passionibus turbulentis inferiorum animi partium regendis moderandisque dominaretur. Superiorem igitur partem, hoc est, digniorem hic sanctissimus & doctissimus uir, mentem appellauit, qua carere dicit spiritus immundos, de quibus eo in loco mentionem facit. Recte igitur mens deo tribuitur, quod asserit Tullius primo de legibus, de deorum immortalium natura, ratione, potestate, mente, numine. Idem in eodem, Multo etiam magis parent huic caelesti descriptioni mentis diuinæ. De animo & mente satis superque ut arbitror dictum est. A corde quod mentis sedem esse asseruimus. Cordatus dicitur sapiens. Vnde illud, Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.

Hinc uecordes, discordes, concordēs manifestae significationis. Et Recordari pro eo quod est meminisse. Reminisci enim a recordor differt, nam minisci ex prima impositione significat

Quaedam de homine dicta male sonant, de deo, bene.

Recordari.  
Reminisci.

significat fingere, & formare. Quod ita esse quæ sunt ab eo  
 Comminiscor. / composita, demonstrarunt. Nam comminiscor ab eo est.  
 Commen- / Vnde commentum pro figmento, ut apud Terentium est.  
 tum. / Atq; illis commetum placet. Reminisci igitur est refingere,  
 id est, iterum formare, & componere quæ lapsa erant. Qui  
 igitur reminiscitur iterum in mentem reuocat. Ex qua re ho-  
 mo redditur sapientior. & ideo recordatur, hoc est, iterum  
 cordatus fit. Reminisci igitur prius est & minus. recordari  
 autem est posterius & maius. Et Cordolium, quod Plauti-  
 num est, tam notæ significationis & deriuationis est, ut nulla  
 Timidi / egeat declaratione. Vnum nullo pacto omittendum reor,  
 ora ani- / quæ sunt pauidiora animalia, ut sunt cerui, & lepores, maio-  
 mala, ma- / ra corda, Quæ sunt audaciora minora habere, quod etiam  
 iora, ani- / in homine contingit. Sed cum magno corde dicant aliquan-  
 mosiora, / do fortes, non ad magnitudinem uisceris, sed ad uirtutem  
 minora / excellentiamq; refertur. Qua etiam ratione dictus magnus  
 corda ha- / Alexander, & magnus Pompeius, & magnâ Græciam, ex  
 bent. / quam partem Italiæ, propter eius sublimitatem, Græcorum  
 Homo / sapientia nuncupauit. COR in extis, quod admirabile est,  
 magno / aliquando non repertum est, ut Iulio Cæsari accidit. nam quo-  
 corde, / die ueste purpurea processit, & in sella aurea sedit, sacrifican-  
 quomō / ti bis in extis defuit. Vnde quæstio magna de diuinatione,  
 dicatur. / potuerit ne sine illo uiscere hostia uiuere. an ad tempus ami-  
 Auspicia / ferit, ut ait Plinius, Et huiusmodi auspicia sine corde, & cum  
 pestifera / caput in iocinore non erat, pestifera uocauit Romanorum  
 religio. Cor in homine est, supra quæ enarrari potest, caliditate  
 conspicuum. unde continua indiget refrigeratione, & humi-  
 miditate perpetua. Refrigerationem quidem affert pulmo,  
 & humiditatem præcordia tribuunt. Nam in his tanquæ in  
 theca

thea cordis, natura locauit humorem, quo exiccato anhelitus difficultas, uehemensq; palpitatio sub laua mamilla fit, & hominem sic affectum cardiacum uocamus. Cardia em̄ græce latine cor dicitur, nam cardiaco tremor & palpitatio cordis frequenter est, & hoc nō modo ægrotis, sed sanis plerunq; accidit. Huius morbi causa duplex est nimia precordi orum siccitas & superuacuos humor circa finitimas cordis partes coadunatus, sed in utraq; tā contraria causa, semper fere sitis accidit. Vnde non immerito Iuuenalis dixit,

Cardiacum nunq̄ cyathum missurus amico.

Plinius uicesimo tertio Naturalis historiae Cardiacorū morbo, unicum spem esse in uino certum est, sed id dandum nō nisi in accessione censent. Accedit etiam ad hoc q; morbum cardiacum, iecur affectum aut turbatio stomachi efficiunt, quod nulli mirum esse debet, quoniam uiscera sunt quadā cognatione religata, non enim alterū sine alterius detrimento uitiatur, & præsertim cor, quod est totius structuræ cardo & fundamentum. Huius autē cognationis inter uiscera non ignarus Plautus Capadocem lenonem in Curculione ad loquendum introducit, Renes dolent, pulmones distrahuntur cruciatur iecur, radices cordis pereunt, chriæ omnes dolent. Quo sermone ostenditur ruente corde cætera labefactari, nihil enim in isto sermone periculosius, q̄ cum dicitur, radices cordis pereunt. Et ideo tanq̄ ad principaliorē partem respondens ad lenonem inquit, Tum te igitur morbus agit epatarius, cardiaci doloris causam putans a iocinore nasci. Illud quoq; non est prætereundū, Cardiaco morbo aut ueneno interemptos cor cremari non posse, teste Plinio. A corde tristitia, gaudiū, cogitationes & sermo dijs immortalibus

Cardiac<sup>9</sup>  
καρδια.

Viscerū  
cognatio

A corde  
quid pro  
cedat.

t bus

bus acceptus. Corde enim numina flectuntur, & optatorum  
euenta procedunt. Vnde non iniuria Adriana apud Catu-  
lum in hunc sensum locuta est,

Quæ quoniam uere nascuntur pectore ab imo,  
Vos nolite pati nostrum uanescere luctum,  
Sed qualis Theseus sola me mente reliquit:  
Tali mente dea funestet seque suosque  
Has postquam mæsto profundit pectore uoces,  
Supplicium sauis exposcens anxia factis  
Annuit inuito cælestum numine rector.

Cordi est Et cordi est, & Quid cordis, tanquam notos sermones omitti-  
Quid mus, cum de cordolio superius dixerimus. Plautus in Poenu-  
cordis. lo, Vbi tibi erit cordolium, si quam ornatam melius forte aspe-  
Cordoli- xeris. Huius autem significatio tam clara quam deriuatio est.  
um, dolorem enim cordis significat, Corculum autem ex ipsa di-  
Corculum, minutione cognoscitur. Ab hoc uiscere phrenesis est. Phren-  
Phrene- nas enim mentes graeci nuncupant, quarum sedem in corde  
sis, praefiniuimus. Sed de phrenesi audiatur Cornelius. Is enim  
in iiii. sic inquit, Phrenesis uero cum demum est, cum conti-

Phrene- nua demencia esse incipit. nam æger quamuis sapiat adhuc, tamen  
sis perfecta quasdam uanas imagines accipit. perfecta est ubi mens illis  
Inops me- imaginibus addicta est. hinc est quod mente captos inopes me-  
tis, tis dicimus. Ouidius de remedio amoris,

Quis matrem nisi mentis inops in funere nati  
Flere uetet.

inopem mentis dixit, uero priuatum consilio. Esse autem perfectam  
quoque phrenesim satis declarat Satyricus dicens,

Cum sit manifesta phrenesis.  
Cordis hirsuto præditi. Sed quosdam corde hirsuto gigni, & hos fortes atque industri-  
os esse

os esse, etiā tacentib⁹ physicis per Aristomanē Messeniū co  
 gnoscimus, uirū sūmā audaciæ magnæq; industriæ. qui ter  
 centos occidit Lacedæmonios. & ipse uulneratus & captus  
 per cauernā euasit. Iterū captus sopitis custodibus, ad ignē  
 ut ait Plinius, aduolutus, lora exussit. Tertio hūc captū disse  
 cuere Lacedæmonij causa uidendi, & eius cor hirsutū reper  
 tū est. De corde hætenus, ad reliqua sermo uertatur.

Aristo/  
 manes  
 Messeni⁹

• IECVR •



IECVR infra transuersum septū est in parte de  
 xtra sub præcordijs ab ipso trāsuerso incipiēs  
 septo, gibbū (ut ait Corneli⁹) ab exteriori par  
 te, ab interiori uero concauū & uentriculo infi

Iecur.

dens, in quatuor fibras diuiditur. Sic em̄ uocantur cuiusq; Fibra.  
 uisceris extrema fimbriata, ut dictū est. Nā fibras cordis di  
 ci, eas pinnas a dextra & sinistra circa latiorē partē penden  
 tes adeo notū est, ut repetere sit quodāmodo uitiū. Iecur cō  
 nectitur cordi, per uenas quæ sanguini alimenta iocinori  
 præstant, & hæc eadē ab ipso iecore distribuuntur in uenas  
 unde colorē accipit. habet em̄ iecur sanguinis cōcreti colorē.

Fibrae  
 Fibrae cor  
 dis.

& in eo amoris est sedes, ut tradunt sapientes. quorū autori  
 tate cōmoti diuini uates, finxere Titīū illū qui Latonam de  
 stupro appellauit, apud inferos iocinore, hoc est ea qua pec  
 cauerat parte, puniri, Vnde Vergilius in sexto Aeneidos,  
 Necnon & Tition terræ omnipotentis alumnum

In iocino  
 re sedes  
 amoris.  
 Titij fa  
 bula un  
 de?

Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus  
 Porrigitur, rostroq; immanis uulneratur obunco  
 Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis  
 Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto

t 2 Pectore,

Pectore nec fibris requies datur ulla renatis.

**Terræ alum-  
nus.** Terræ alumnum appellando libidinosos, nō nisi terrena re-  
spicere. & huius per nouem iugera corpus porrigi fingendo  
satis manifesta sententia, amoris uitium late patere mōstra-

**Fibrarū  
continua  
uexatio.** uit. Fibrarum autem continua & immortalis uexatio, libidi-  
nis impatientiam recrudescere ac renouari certissima in-  
nuatione delarat. Huc accedit singularis & alta poetarū sci-

**Iecur ca-  
put extor-  
um.** non est cum putruerint uis nascendi. Iecur uero quibus tabi-  
dum rediuiua instauratione subcrefcit. Iecur apud ueteres  
erat caput extorum. Volētes igitur auruspices ex extis futu-

ra cognoscere, iocinoris partē hosti, partem uero ciui, ani-  
mo p̄finiebant. Itaq; in capite extorū hoc est in iecore duo  
bus etiā capitib; cōstitutis, eorū alterū huius, alterū uero al-  
terius partis nūcupāt. Postmodū uiscera p̄secabant. Et hinc

**Profecta.** profecta dicta sunt, Lucanus sexto, Si pectora plena  
Sape dedi & laui calido profecta cerebro.

Hoc igitur facto alterius partem in alterā huius uel alterius  
partis p̄sagiebāt uictoriā. Eratq; momēti maximi si qd in  
extis appareret. nā apud Laurētū sacrificātī Syllæ, in capite  
uitulini iecoris similitudo coronæ apparuit, quod uictoriā  
cū regno significare admonuit Posthumi; auruspex, in illis

**Extorum  
color.** q; ut solus Sylla extis illis uesceretur. Est quoq; extorum co-  
lor magnæ significationis. Vnde Lucanus primo,

Terruit ipse color uatem, nam pallida tetrīs  
Viscera tincta notis gelidoq; infecta cruore  
Plurimus asperfo uariabat sanguine liuor.

Hoc fuit ad uniuersū mali significationem, imminebat enim  
cades & ruina maxima toti populo romano. In eo autem  
quod



quod postea iungit,

Quodq; nefas nullis impune apparuit extis

Ecce uidet capiti fibrarum increfcere molem

Alterius capitis, pars ægra & marcida pendet

Pars micat & celeri uenas mouet improba pulsu,

Pompeianorū, eadē, Cæsarianorū uictoriā indicabāt exta,

& in omnibus diuinatorijs artibus, quæ apud ueteres pluri-  
mæ fuerunt, ut auguria ex auibus, caria a cara dicta inuēto-  
re, ut auspicia ex alijs quoq; animalibùs ut a lupo, uulpe, ser-  
pēte, & a quadrupedibus quæ pedestria uocauit antiquitas,

auspicia quoq; auium quæ Tiresias, ignispicia quæ Amphia-  
raus repperit, & diuinationes per fibras quarum Tages di-  
citur fuisse inuentor, Vnde Lucanus,

Et fibris sit nulla fides sed conditor artis

Finxerit ista Tages,

semper habent dubia quædam, & nonnulla ita certa & in-  
dubitata ut iam facta uideantur. Vnde Posthumius Auru-  
spex de quo diximus, a fibris edoctus, se custodiri iussit sub-  
turus capitis pœnam, nisi Syllæ dictatori omnia quæ in ani-  
mo fuerant, prospere essent euētura, sed hæc omnia tempo-  
ribus nostris, abolita sunt partim autoritate pōtūcum, par-  
tim negligentia hominum. Olim uero optimi & sapiētissi-  
mi uiri has artes sequebantur, immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

Et fibris sit nulla fides sed conditor artis

Finxerit ista Tages,

semper habent dubia quædam, & nonnulla ita certa & in-  
dubitata ut iam facta uideantur. Vnde Posthumius Auru-  
spex de quo diximus, a fibris edoctus, se custodiri iussit sub-  
turus capitis pœnam, nisi Syllæ dictatori omnia quæ in ani-  
mo fuerant, prospere essent euētura, sed hæc omnia tempo-  
ribus nostris, abolita sunt partim autoritate pōtūcum, par-  
tim negligentia hominum. Olim uero optimi & sapiētissi-  
mi uiri has artes sequebantur, immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

spex de quo diximus, a fibris edoctus, se custodiri iussit sub-  
turus capitis pœnam, nisi Syllæ dictatori omnia quæ in ani-  
mo fuerant, prospere essent euētura, sed hæc omnia tempo-  
ribus nostris, abolita sunt partim autoritate pōtūcum, par-  
tim negligentia hominum. Olim uero optimi & sapiētissi-  
mi uiri has artes sequebantur, immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

turus capitis pœnam, nisi Syllæ dictatori omnia quæ in ani-  
mo fuerant, prospere essent euētura, sed hæc omnia tempo-  
ribus nostris, abolita sunt partim autoritate pōtūcum, par-  
tim negligentia hominum. Olim uero optimi & sapiētissi-  
mi uiri has artes sequebantur, immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

mo fuerant, prospere essent euētura, sed hæc omnia tempo-  
ribus nostris, abolita sunt partim autoritate pōtūcum, par-  
tim negligentia hominum. Olim uero optimi & sapiētissi-  
mi uiri has artes sequebantur, immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

rim negligentia hominum. Olim uero optimi & sapiētissi-  
mi uiri has artes sequebantur, immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

immo senatus ipse nihil age-  
bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

bat nisi auspicio prius sumpto, non igitur mirandū Numā  
pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

pompilium, grauissimū & sapiētissimum Romanorū regē,  
hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

hydromantiam exercuisse, in aqua eim imagines deorū uide-  
bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

bat, & ab ipsis futura sciebat. Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

Quod diuinationis genus a  
Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

Persis repertum etiam Pythagoras lōgo tempore post Nu-  
mam nō ignorauerit. Sed Numā finxit antiquitas propter

Sed Numā finxit antiquitas propter

hanc

t 3 hanc

Auguria.  
Auspicia.

Ignispicia

Numa  
pompilius

hanc scientiam cum Egeria collocutum. Vade satyricus,  
In uallem Egeriæ descendimus. & postea,  
Hic ubi nocturnæ Numa constituebat amica.

His igitur omissis ad rē nostrā redeamus, iecur hoc est exto-  
rū caput, cū deest, quid portendat satis superq; M. marcelli  
infelix exitus dedarauit. Nam circa mortē cū Hannibale pe-  
riit, iecur in extis defuit, dieq; sequenti geminū repertū est. &  
C. Marius cum Vtica immolaret, in extis iecur non reperit,  
quod aut deorū uirtute, aut demonū solertia, fieri autumat.  
Maiores em̄ nostri, a dijs superis felicitatem, ab inferis uero  
infelicia dari censebant. Lucanus primo,

Neq; enim tibi summe litauī

Iuppiter hoc sacrum cæsiq; in uiscera tauri  
Inferni uenere dei,

per quos malum fieri opinabantur. Et hæc tristitia ab anti-  
quis piacularia dicebantur, licet piaculare quoq; auspicū di-  
ctum sit cum hostia aut ab ara effugisset, aut percussa mugi-  
tum dedisset, aut in aliam partem corporis q̄ oporteret ce-  
cidisset. Sed iecur cuius diminutiuum Iecusculum dicitur a  
græcis epar. Vnde epararius siue epararius dicitur qui mor-  
bo laborat eparis. Plautus in Curculione, Tū te igitur mor-  
bus agit epararius.

Piacula-  
ria.  
Piaculari/  
a auspicia  
Iecusculū  
Epar.  
Eparari⁹.

• FEL •

Fel.



EL in iecore est nō omnibus animātibus datur,  
nam equi, muli, asini, capræ, apri, cameli, delphi-  
ni, ut ait Plinius nō habent. muriū uero aliqui  
habēt. Sed paucis hominū nō est. quorū ut ait  
Plinius ualitudo firma, & uita lōgior, quidā uero putauere  
equo

equo fel esse, nō in iccore, sed in aluo. Ceruo uero in cauda, aut in testinis est, & ideo tantā habent amaritudinē, ut a canibus non attingantur, Est autē fel purgamentū sanguinis pessimū cui tantū inest uirus, ut hominē totū dedecorē reddat, & maxime oculos ut in homine irato cernimus. quod more satyrico Persius exprimit,

Nunc face supposita feruescit sanguis, & ira  
Scintillant oculi.

Fel enim iræ sedes est, ut tradūt physici, Humor qui in folliculo fellis est bilis uocatur, quæ pro sui conditione hominē conuariat. Bilis enim atra, quam græci Melancholiā uocant facit insaniam. Plautus in Amphitryone, delyrat uxor. atra bili percita est. nulla res tam delirantes homines concinnat cito. Hanc autē solēt medici albo ueratro purgare, quod dicitur helleborus. Et in hanc sententiā locutus est Persius,

Non est hic Illias Acci, Ebria ueratro.

Indicans Accij opus insanum. Et Horatius in arte poetica, de insano intelligens dixit;

Si tribus Anticyris caput insanabile nuncq̃

Tonsoni Lycyno commiserit.

Ex Anticyra helleborus aduehebatur. Sane sciēdum & hic helleborus Vergilius tertio Georgicorum,

Helleborosq̃ graues,

& hoc helleborum dici Plautus in Pseudolo, Helleborum, hisce omnibus opus est. Sed bilis quam choleram græci uocant, de qua Horatius,

Si purgor bilem sub uerni temporis horam,

non modo ad hunc humorem sed ad mores refertur. nā animus sequitur corporis inclinationem. Et ideo Plinius cum de felle

Bilis.

Bilis atra.

de felle fit mentio, ait, Huic & in mores Crimen bilis nomi-  
ne. Persius,

Turgescit uitrea bilis.

Findor ut Arcadiae pecuaria rudere dicas.

Martialis quarto,

Si forte bilem mouet hic tibi uersus.

Irae & leuitatis signum esse testantur bilem, Maiores nostri  
intestinorum nomina plerumque ad mores transferunt. ut de  
corde dictum est. Nam pro uirtute & animi magnitudine po-  
nitur. sic & fel quia pessimus humor est, pro amaritudine ani-  
mi plerumque accipitur. Et hinc quidam iuniores & imperiti  
putarunt fellatores dici, quia mali humoris uidentur cupidi

Fellator.

Fellare.

Fellare enim. unde & fellator. Martialis,

Corue salutator quare fellator haberis

In caput intrauit mentula nulla tuum,

est mentulam alterius lingere, ac ore excipere Ausonius Gal-  
lus deglubit, fellat, patitur per utrumque foramen. Sed non a fel-

Felis.

le corporis purgamento descendit, sed a felle animali. Felles enim  
animali, nunc domesticum, mures capit, quam graeci φαλκον uo-  
cant. Tullius primo de legibus, idcirco qui canem & felle, ut  
deos colunt, eadem superstitione qua ceterae gentes consti-  
tunt. Et Ouidius metamorphoseon,

Felle soror phœbi.

quam stultissime quidam iuniores ceruam putauerunt, cum  
animal sit quod nunc nobiscum habitat. Plinius undecimo. No-  
cturnorum animalium ueluti fellium in tenebris fulgent, radi-  
antque oculi, ut contueri non sit, & caprae lupoque splendent.  
Sed felles linguam habent asperam, & lambendo in rabiem  
uertuntur. Idem in eodem. Sed in gustatu linguae uice carnosum

alligab

aquatilibus

aquatilibus palatum, leonibus, pardis omnibusq; generis eius, fellibus imbricata asperitatis, ac limæ similis, attenuatq; lambendo cutem hominis, quæ causa esse mansuefactam, ubi ad uicinum sanguinem peruenerit salua inuitat ad rabiem. Ex his igitur Plinij uerbis, quiuis intelliget fellatorem a felle animali dici, ex eo quod illa lambendo cutem hominis attenuat. inuitaturq; ad rabiem, quod etiam fellatorib9 conuenit. lambunt enim, & ad malos & peruersos appetitus impelluntur. Et huius nominis, hoc est, fellis significatio, latissime patet. nam nō modo quam cattam nominant, significat. Martialis,

Pannonicas nobis nuncq; dedit Umbria cattas.

Sed ad alia se extendit. nam sicuti canum tanta diuersitas est, ut plures uideantur species, canes tamen dicuntur omnes. sic fellium uarietas maxima. nam hæ nostræ quæ mures capiunt, sub hoc nomine comprehenduntur. & illæ quoq; quarum pelles carissimæ in usum uestimentorū repertæ sunt. & tam harum, q̄ illarum oculi in tenebris lucent. & gallinas anatesq; infestant. M. Varro, tertio rerum rusticarū, omnes parietes tectorio leuigantur, ne felles, aliaue bestia introire ad nocendum possit. atq; septum totum grandibus maculis integitur. ne eo inuolare aquila possit, neq; euolare anas.

Quidam tempore nostro preciosiores felles sabellinas uocant, quia in Sabina felles erant, aut pilo molliori aut ferociori natura. nam ea conditio est agri Sabini, ut tam homines, q̄ feras alijs præstantiores gignat, Vergilius secundo Georgicon in laudem Italiæ dixit,

Hæc genus acre uirum Marfos pubemq; Sabellam.

Itemq; illud dictum est,

u Dentefq;

Dentesq; fabellicus exacuit sus.

Et Horatius primo Carminum,  
 Namq; me sylua lupus in Sabina.  
 Dum meam canto Lalagem & ultra  
 Terminum curis uagor expeditus  
 Quale portentum neq; militaris,  
 Daunia in latis alit Aesculetis,  
 Nec iubæ tellus generat leonum

Fugit inermem

Arida nutrit.

Biliosus.

Pro quodā miraculo<sup>o</sup> posuit. Sed diu uagati sumus, ad rem  
 igitur nostrā redeundum est. A bile biliosus deriuatur. Cor-  
 nelius Celsus, aut liuidum, aut biliosum, idem, sputum etiā  
 biliosum aut purulentum. Idem in quarto, Si utriliber ætas  
 est, accidit periculo uomitus biliosus, mali odoris, aut ua-  
 rius, aut niger.

LIEN

Lien.  
 Splen.



LIEN, Latine, græce autem splen, est in parte sin-  
 stra iecori oppositus, non transuerso sepro ut  
 iecur. Sed intestino innexus est crassitudinis  
 longitudinisq; modicæ sine fibris, a concauo  
 stomachum assequitur, a gibbo uero dorso alligatur. Dicit  
 etiam ab antiquis hic lienis trium syllabarū in nominatiuo.

Lienis  
 magnitu-  
 do causa  
 risus in/  
 tēperātis.  
 Lienis  
 exilitas  
 causa, cur  
 quidā nō  
 rideant.

Cornelius tertio, Si iecur aut lienis est affectus. Huius autē  
 magnitudine intemperantiam risus fieri affirmant physici  
 & Persius non inficiatur cum dicit,

Sed sum petulanti splene cachinno.

Sic ecōtrario qui liene carent, aut breuissimo utuntur liene  
 rident nunq̄. quamobrem Crassum Crassi qui apud Par-  
 thos perijt auum, risisse nunq̄ ferunt. & ob hoc Agelastum  
 cognominatū.

cognominatum. Lien ita plerunq; intumescit, ut cingere hominem uideatur. & humore pariter subcutaneo & fædo anhelitu afficere. Plautus in Curculione. Nam quasi zona liene cinctus ambulo. geminos in uentre habere uideor filios. nihil metuo, nisi medius disrumpar miser. A liene Lienosus, qui morbo lienis laborat, certa deriuatione formatur. Plinius septimo, De Pyrrho cuius pedis pollex lienosis medebatur, Hoc a latino. Et a splene quod græcum diximus, qui eodem morbo uexatur, spleneticus fit. Plinius uigesimo, folia decocta spleneticis in cibo data. Spleneticis sinistrum latus dolet. intumescit enim splen, & stomachum non sine dolore humectat. Liene uulneribus exempto animalia uiuere, & eundem in dorso impedimento esse affirmat, Plinius. Vnde ioco dictum uidetur illud Plauti in Curculione, cum lenoni dicenti, Lien disruptus est, respondit Palinurus seruus, Ambula id lieni optimum est. Septem sunt intra hominem, quæ a Græcis nigra membra uocantur, ut ait Macrobius. Et lingua, corde, pulmone, iecore, liene, enumeratis, deniq; & renes duo referuntur. de quibus ordo exposcit, ut aliquid dicamus.

Lienosus

Splenicus.

Nigra membra.

## RENES

**R**ENES dicti sunt teste Varrone, quia in eis sunt reni humoris obsceni. Ab ipsis enim ad medullam spinæ, quam semē uiri dicunt, sunt uia, per quas humor obscenis, id est, semen ad colem usq; delabitur. Et sunt duo, qui lumbis sub imis coxis adherent, ut uerbo Cornelij utar. Situs eorum & forma patet, nam in unoquoq; animante in adipe immerguntur, ab

u 2 ea parte

Renum  
uetriculi.

ea parte qua coxis adhærent resumi; ab alia uero retundi,  
Eorum cauernulæ sicuti in cæteris uentres uocant, siue uen-  
triculi. Sunt autem uenosi & tunicati, obsceni seminis por-  
tam, ut ita loquar, tenentes, lumbisq; adiuncti, ut diximus.  
hinc illud Persianum,

Sumam delumbe salua.

Itemq;

Cum carmina lumbum

Intrant.

Vtrumq; de libidine dicitur, Et sancti uiri dicere non erobe-  
scunt, Vre igne sancti spiritus renes nostros, timetes ipsius  
ueneris uiolentiam, Sed horum morbus q̄ grauis sit, testa-  
tur Horatius in primo epistolarum,

Si latus &amp; renes morbo tententur acuto

Quære fugam morbi.

Nephre-  
tici.

Et qui huiusmodi morbo afficiantur, a Græcis nephretici  
nuncupantur, & a renibus nomen accipiunt, νεφρον enim re-  
nem nuncupant. Et hoc nomine etiam appellantur, qui circa  
uesicam patiuntur. His igitur absolutis, ad alia reuertamur,  
quæ fuerant omissa ut ordo seruetur.

## STOMACHVS

Stoma-  
chus.

**S**TOMACHVS est fistula per quã cibus descen-  
dit, sed ponitur pro uentriculo, id est, receptacu-  
lo ciborũ. Est enim stomachus principium in-  
testinorum, de natura sui neruosus, a spinæ uer-  
tebra incipiens, circa præcordia cum uentriculo connexus.  
Quapropter nõ mirum est, quod superius dictum est, præ-  
cordia interdum pro ore stomachi sumi, quandoquidem  
ex uicinitate datur occasio. & (ut iam diximus) pro toto uen-  
triculo sæpenumero ponitur. Iuuenalis,

Si stomachus



Si stomachus domini feruet uinoq; ciboq;

Et hinc stomachari & stomachosus descendunt. nam stomachus iram & cōceptum odium significat. Cicero quarto Tusculanarum, tractata diffinitione fortitudinis, intelliges eam stomacho nō egere. Idem in eodem, An uero uir fortis, nisi stomachari cœpit, non potest fortis esse. Horatius secundo Sermonum,

Stomachari.  
Stomachosus.

Aufer,

Me uultu terrere manum stomachumq; tenero.

Idem in primo epistolarum,

Læua stomachosus habena

Dicet eques.

Et hæc significatio non nisi ex uicino est. Iecur enim ubi fel est, a quo omnis indignatio nascitur, uentriculo quem stomachum quoq; uocamus insidet, eumq; mouet & felle uenenat. De stomacho igitur siue uentriculo secundum ueram & naturalem significationē ordiemur. Venter siue uentriculus qui uorata recipit, inter lienem & iecur positus est. utroq; tamē ex his paululum supra uentriculum ascēdente. Huius duo sunt orificia (sic enim a Macrobio appellantur) superius & inferius. superiore deuorata recipiuntur. Inferiore uero orificio, quæ excreturi sumus, emittuntur. Pars inferior acuminatur, restringit, & coartatur, & iungitur intestino. Hanc iuncturam Græci πυλωρον uocant. est enim tanq; porta qua excrementa labuntur. Porta autem hæc uergit ad dextram. nam eo uentriculus quoq; paululū inclinatio est portamq; efficit. Hanc portam sequitur ieiunum intestinum, non ut cætera implicitum sic appellatum, quia nunq; quod accipit continet, sed propinuis ad inferiora transmittit. & ideo Anatomici semper reperiūt uacuum. Hoc maiores nostri hiram

Venter.  
Ventriculus.

Hiram;

u. 3. dixerunt.

**Hilla.** dixerunt. & per diminutionem hillam, ut ait Festus. Ex hoc  
**Hillum.** (nam & hillum quoque neutro genere dici sensit Acron) fiunt  
 insicia, ideo pro fassis hircorum intestinis atque insicijs accipi-  
 tur. Horatius secundo Sermonum,

Perna magis ac magis hillis

Flagitat in morsus refici.

Ponitur aliquando ad similitudinē pro eo intestino quod  
 in anum resoluitur, a quo purgamenta descendunt. Nam  
 illud quoque nihil in se sicut ieiunum intestinū continet, emi-  
 tit enim omnia. Huius significationem ostendit textus, in  
 Catilinario a Nonio allegatus, his uerbis. Neque aliter pedi-  
 eabis, adolescenti nostro cedis hilla. Cum igitur hilla appella-  
 tione & principium & finis intestinorum comprehendantur,

**Bochilla.** non mirum est omnia simul intestina sub hoc nomine in-  
 cludi, quod ita esse Nonius testatur, cum dicit, Bochilla op-  
 pidum Italiae esse sic dictum, quia eo bos intestina uulnere  
 trahens aduenerit. **Bochilla** igitur quasi bouis hilla, id est,  
**Insicia.** intestina ex uentre siue uentriculo, **Insicia** quoque fiunt cum  
 uenter carne minutatim concisa repletur. Martialis,  
 Et Lucanica uentre cum ualisco.

**Venter** pro stomacho. Iuuenalis,  
**Ventre** nihil noui frugalius.

Et pro alijs frequenter accipitur, nam plerumque pro aluo sum-  
 mitur. Cornelius tertio, ubi ab inferiori parte purgandum  
 aliquis est, uentrem eius ante soluendum esse. Iuuenalis,

Soluunt tibi cornua uentrem.

Pro sordibus. Nam aluus quoque idem significat. Plinius  
 uigesimo, Pepones qui uocantur, refrigerant, maxime in ci-  
 bo, & emolliunt aluum. Aluus autem ab alluendo dicta  
 uidetur.

uidetur. Sed uterus ideo dicitur quia continet, & tanquam uterus est, ad pregnantesque pertinet. Vergilius secundo,

Vterumque armato milite complent.

Nam ea differentia, cuius meminit Seruius, non omnino uera est. Nam uterus foeminarum dicitur, ut ipse ait. corroboratque id Vergilij autoritate, qui uterum de equo dicens, memor sui paulo post inserit.

Scandit fatalis machina muros

Fœta armis.

Aluus uero qua sordes educuntur. Ad hanc Seruij expositionem, & nos quoque accedimus. Sed quod uenter dicitur, qui apparet non omnino uerum. Nam & foetum significat, ut in libro superiore diximus, Et aluus pro eo quod apparet a ueteribus plerumque accipitur. L. Columella octauo, nisi obesam ingluuiem, atque distentam pabulis aluum demerserit, & refrigerauerit. Stomachus igitur uenter & uentriculus, Venter uero tam inferior, quam superior. quia initium est intestinorum, aluus uero ubi sordes tam occulta quam apparentis dicitur est aqualicus, siue aqualiculus. qui proprie porcorum est, in significatione cum uentre concordat. Apitius, teres, piper, ligusticum, silphium, anisum, gingiber, rutæ modicum, liquamen optimum, olei modicum, replet aqualicum, sicut laxamentum habet, ne dissiliat in coctura. Persius,

Pinguis aqualiculus propenso sesquipedale extat.

Et hoc ad irrisionem pertinet de homine, ut sues saginato, satyrica mordacitate intellexit. Sed de stomacho plurima occurrunt narranda. hinc enim omnia fere morborum genera sumunt exordium. Nam crudus dicitur actiue & passiuè. Crudum enim dicimus non coctum. Iuuenalis,

Aqualiculus.

Stomachi uitia.

Crudus.

Qui

Qui crudum pavonem in balnea portas.

Et crudū in actiua significatione dixerunt, cuius stomachus frigiditate impeditus, escas nō coquit. Horatius primo Ser. Namq; pila lippis inimicum & ludere crudis.

Cornelius quarto, Si ex uino uel cruditate origo est. L. Columella septimo. Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac uentris sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi, propter quæ bos neq; ruminat, neq; lingua se detergit. Cruditates autē (ut ait Macrobius) eueniunt, aut qualitate succi, in quam cibus uertitur, si non sit aptus humori, qui corpus obtinuit. Aut ipsius cibi multitudine, nō sufficiente natura, ad omnia quæ congesta sunt, concoquenda, Ciborum con-

Crudita /  
tū causæ.

**Digestio** coctio a quibusdam dicitur digestio. Macrobius, Igitur in uentre sit prima digestio, Idem, Et est secunda digestio, hoc

**Digerere** autem nomine appellatur, quia digerere est ordinare & distribuere. Vergilius sexto,

Digerit in numerum atq; antro sedusa reponit.

Concocti enim cibi sit digestio ac ordinata distributio. Frigida em̄ lienem petunt tanq; frigoris domicilium, sicut iecur caloris, quo calida confluunt, ubi quoq; est digestio, & alia sit in arterijs & uenis in quibus acceptus sanguis defecatur.

Concoctio igitur præcedit, sequitur digestio. Ex stomacho est etiam redundatio, quæ tunc fit cum est efflatio residente cibo. Plinius septimo fastidium in cibus, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Et hinc est ructus. Vnde

Ructus.  
Ructo.  
Ructor.

ructo & ructor in eadem significatione uerba formantur. Horatius in arte poetica,

Hic dum sublimis uersus ructatur.

Vergilius sexto,

Cocyto eructat harenam.

Sed de

Sed de ructu sic sanctissimus ac doctissimus uir Hieronymus loquitur, Ructus autem proprie dicitur digestio cibi, & concoctarum escarum in uentum efflatio. Plautus autem in Pseudolo, quid tu malum ergo in os mihi ebrius irructas? ostendit aliorum quoque accipi posse, Vomitus & uomitio & orexis, de qua Iuuenalis,

Vomit<sup>9</sup>.  
Vomitio  
Orexis.

Rapidam facturum orexim.

omnibus fere nota sunt. Coeliaci autem hi dicuntur qui ex uicio stomachi id est uentriculi profluuium patiuntur. Plinius uicesimo, si & tussis sentiatur hisopite admixto datur. Idem in eodem, Hippocrates coeliacis & disentericis bis coctum cum sale, Cornelius quarto, in ipsius uero uentriculi porta consistit, is qui & longus esse consuevit, Coeliacus a graecis nominatur, De stomacho haec tenus.

Coeliaci.

## COLON



COLON est crassius intestinum obtortum ac tubulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formam, qua egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renemque religatur sinistrum ibique est inuolutius. propter quod non facile huius malum a renem dolore discernitur. Hoc intestinum sursum uersus ascendens, operiensque circa exteriora lienem ipsum, tendit ad dextram, stomachumque ascendit ac tegit. hinc est quod humor superuacuus in crassiore intestino retentus stomachum afficit. Nam cum dolor est, auditurque rugitus, fit excernendi cupiditas, & cum necessitate effectus, quod nullo pacto contingeret si humor dolorum faciens esset in stomacho. Fit aliquando ut seipsum purgantibus anima deficiat, tunc maxime cum

Colon.

x excreturi

Colicus  
dolor.

excreturi sunt. humores enim diutius in hoc intestino retenti, orificium stomachi aggrauant, quò alterato statim fit animæ defectus. Vnum tamen non est omittendum, huius intestini malum, a renum doloribus hoc pacto secerni. Colicus enim dolor cibo potuq; fit grauior, quandoquidem repleto stomacho colon comprimitur. inedia; autem tempore leuior est, sed inedia nephreticus laborat magis. Colicum igitur ac nephreticum fames ipsa secernit, quæ in colico sinistra magis quæ in nephretico uexetur. De morbo crassioris intestini sic Q. Serenus,

Cum colon inuisum morbi genus intima carpit,

Mande galeritam uolucrum quam nomine dicunt,

Aut pauidi leporis madefacta coagula pota,

Cæcū in-  
testinū.

Colon committitur cum intestino quod uocatur cæcum. in mo idem cum eo uidetur esse. Cæcum autem dicitur quia non habet duo opposita orificia, sicuti in alijs cernimus, a dextra incipiens in sinistram non exit, nam uno & eodem ore & accipit & emittit, locatumq; est supra coxendicem, infraq; renem dextrum, eiusdem fere naturæ cum crassiore intestino est, & eodem uexatur morbo, & iisdem medicamen-

Crassi<sup>o</sup> in-  
testinū.

tis indiget. Colon dicitur membrum & crassius intestinum. hoc sibi nomen uendicauit, quia crassitudine cætera antecedit intestina. Quod autem colon orationis quoq; membra dicatur, testis est Hieronymus in Ezecheilis proœmio, legitur igitur & hunc iuxta translationem nostram quia percola scriptus & commata, manifestiorem sensum legentibus tribuit. Sed crassioris intestini pars quæ a rene ad antrum uis-

Rectū in-  
testinū.

q; descendit quo aluum purgamus antiquitas rectum intestinum nominat, quoniam non ita orbibus implicitum se-

cuti

cuti intestinum tenue, in longumq; protenditur. unde & longanone nuncupatur, Apitius, Longanones porcinos ex iure Longanone Tarentino farlos, cunctos concisos, in cinere pullorum. non. Tenuius intestinum Græci εἰλιον uocant. & ab omnibus fere hoc superius, Crassius uero intestinum inferius nuncupatur. non ratione loci, quandoquidem colon stomachū scandit, sed ratione colligationis, nam tenue a stomacho incium capit, Crassum uero ab inferioribus ad superiora reuoluitur. Tenue intestinum in sinus uehementer implicitū plurimos habet orbes quibusdam membranulis inter se conexos, quæ uocantur omenta, Lucanus,

Produntq; suas omenta latebras.

nam ut dictum est uniuscuiusq; membri interioris uestitus omentum nuncupatur. Et hæc uidentur ea parte qua tangunt intestina uestire. Huius intestini orbes in dextram conuersi desinunt, quod tandem eregione dexteroris coxæ, demum cum crassiore transuerso connectitur ei, a dextra incipiens, in sinistram non exit, ut dictum est. unde cæco nomē impositum, quod ipsius crassioris partem esse docuimus. pars uero huius quæ peruia est late fusa, ac sinuata, minusq; nervosa est. q̄ tenue intestinum. Huius morbus acutus & uehemens sed breuis, plenioris uero intestini longus esse consueuit. Sed tenuioris intestini morbum Diodes Charistius cordapsum, Iuniores uero iliacum nominant. De intestinis satis (ut arbitror) dictum. Reliquum est, ut de uariis nominibus pinguedinem significatibus primo dicamus, postea de uesica.

Omenta.

Cæcū in  
testinū.

Cordap-  
sum.

x 2 Nomina

# NOMINA PINGVEDINIS



Adeps.  
Adipat<sup>9</sup>.

OMINA autē pinguedinis sunt adeps, Lactes abdomē, Sagina, aruina unctum, Lardū, axungia, popa, de quibus particulatim loquemur, Adeps generale uocabulū ad omnē pinguedinē, siue carnis, siue alterius rei. Ideo adipatū pingue & succulentum tam de sermone quā alijs dicitur Iuuenalis,

Feruent adipata ueneno,

Et Cicero a Nonio allegatus, Sciuerē suis artibus opimum quoddam & tanquā adipatæ dictionis genus. Et in psalmis legitur, Cibauit eos ex adipe frumenti, Postea adeps restringitur, significatque illud pingue, ad similitudinē reticuli intestina continēs, Cornelius quarto, Contegit uero omnia hæc omētum exteriore parte leue & strictum. Ex superiore mollius cui adeps quodque innascitur. Quæ sensu, sicut cerebrum & medulla caret, Dicitur autem hic & hæc adeps. Idem in tertio, Protinus uel ptisanæ uel alicæ uel oricæ cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Plinius uicesimo, auribus quoque instillatus succus cum adipe anserino, Lactes licet pro pinguedine aliquando sumantur, tamē proprie dicuntur esse crassum & tenue intestina. aut propter mollitiē, aut propter candorē pinguedinis. nā a lacte denominant. Perfricantur Pulmone & lactibus unctis.

Lactes.

De quibus sic Priscianus sexto, hæc lactes partes sunt intestina, nō a græco γάλακτος dictæ, & seruaerūt apud nos quoque idē genus. Pōponius in lare familiari, Oro te Base per lactes tuas



tuas, Titinius in Maltri. Feticula, cerebellum, & lactes agni-  
nas. hæc Priscianus. Qui autem crediderunt lactes quoque  
omenta dici propter pinguedinem, moti sunt quandoqui-  
dem omentum quod est uestitus quidã (ut diximus) nõ si-  
ne piguedine est. Plinius undecimo, Ventriculi atq; intesti-  
na pingui atq; tenui omento integuntur, præterq; oua gi-  
gnentibus. Hinc omentata pingui id est omento facta, Api-  
tius. Inficia omētata pulpam concisam teras. Hinc omasus  
genere & quantitate differens significat pinguius atq; crassi-  
us intestinum bubulum, ad cuius similitudinem propter  
edacitatem Furium more suo irridens dicit Horatius secun-  
do Sermonum,

Seu pingui tentus omaso,

Furius hybernas cana niue conspuet alpes.

Lactes igitur, ut ad rem redeamus, cum candor aut mollici-  
es nominent, Lactidiacos ex se creant. sic enim uocantur qui  
circa umbilicum calce percussi sunt. quia ea pars delicata &  
mollis est. aut quia intestina circa umbilicum esse cognosci-  
mus. Significare autem lactes tenue ac crassum intestina ostē-  
dit Plinius undecimo naturalis historię, Ab hoc uentriculo  
lactes in oue & homine, per quas labitur cibus, in cæteris hil-  
læ, quibus capatiora intestina ad aluum, homini quoq; fle-  
xuosisimis orbibus. Hoc sermone indicauit tenue intesti-  
num. Idem in eodem, Media hæc in umbilico annexa omni-  
bus, in homine hillæ, infima parte simul a Græcis uocat Co-  
lon. Nos autem superius ostendimus hillam pro recto & pro  
jeiuo etiã intestino accipi. ex qua re dicimus per lactes tã  
tenue q̄ crassum intestinum intelligi. Plautus in Milite una  
opera alligem fugitiuã canem agninis lactibus. Abdomen

Omētata  
Omasus.

Lactidia  
ci.

Hilla.

Abdomē

proprie est ea pinguedo quæ spinæ adhaeret circueiens, & ad uentrem usq; perueniens, in qua renes iacent. Iuuenalis Montani quoq; uenter adest abdomine tardus.

Cornelius Celsus quarto. ipsa autem ilia inter coxas & pubem in imo uentre posita sunt, a quibus ac pube abdomen sursum uersus ad precordia peruenit, ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori leui membrana inclusumq; omento iungitur, περιτόναιον a Græcis nominatur. Sed Abdomen pro hac (de qua diximus) pinguedine duntaxat accipitur apud uetustissimos, Plautus in Curculione. Pernam, abdo-

Publi<sup>9</sup> Syrus mi-  
mograp-  
phus.

men, suis glandium. Postea Publius Syrus mimorum scrip-  
ptor tempore Iulij Cæsaris, nam ei cæsar palmam cõtra Lib-  
berium tribuit, cuius mimos ætas illa admirabatur. Vnde  
Horatius primo Sermonum,

Et Laberi mimos & pulchra poemata mirer,  
ut refert Plinius, Abdomen pro sumine posuit, hoc est su-  
men abdominis uocabulo nuncupauit, Cum re uera sumen  
sit aliud. Nam sumen a sugedo dictum mamam significat,  
ut Nonius sentit, allegatq; hoc Lucilij carmen,

Sumen.

Tenero succussa lacerto

Atq; manus uberi lactenti in sumine sidat.  
Et illud laudatissimum inter esculenta sumen, cuius meminit  
Plautus in Pseudolo, Pernam, callum, glandium, sumen, fa-  
cito in aqua iaceant, ex uentre cum mammis prægnantis lac-  
q; habentis porcæ fit. & ideo hoc nomen habuit. mamma  
enim porcarum est, diciturq; sumen quasi rumen. senim &

S & R in  
uicē com-  
mutatur.

r inuicem commutantur, Fusios enim pro Furios & ualios,  
pro ualerios dici affirmat Quintilianus primo institutio-  
num oratoriarum. & aliorum usus corroborat. arbor nat-  
q; &

q; & arbor, odor & odos, honor & honos, labor & labos po-  
 ni ab antiquitate conspiciamus. Sed Publius Syrus ex uici-  
 no sumpta occasione, nam abdomen ad suminis locum per-  
 uenit, pro sumine abdomen posuit. Cum abdomen interi-  
 us, lumen uero exterius sibi fere respondeant. Post illum  
 ergo Syrum lumen cepit abdomen quoq; uocari. Sagina Sagina  
 proprie est superuacua pinguedo arte non natura adaucta  
 per totum dispersa corpus, Iuuenalis,

Propera stomachum laxare saginis

Et tua seruatum consume in secula rhombum.

Vnde saginare quod est supra modum pinguefacere. Plini-  
 us nono naturalis historiae, cum exquisitis quotidie Anto-  
 nius saginaretur epulis. Hinc & saginarium dicimus locum Saginari-  
 ubi aues aliaque animalia arte redduntur pinguiora. Mar- um.

cus Varro tertio Rerum rusticarum, ad saginandum eli-  
 gunt pullos circiter, sexquimense qui nati sunt, eos indu-  
 cunt in saginario. ibique polentam & pollinem aqua ma-  
 defacta dant cibum. Aruina secundum Suetonium in li- Aruina.  
 bro de uitis corporis, sic enim allegatur a Seruio, est pin-  
 gue illud durum quod est inter cutem & uiscus, Vergilius  
 septimo Aeneidos,

Pars leues clypeos, & spicula lucida tergunt.

Aruina pingui.

Vinctum cum substantium est id significat pingue, quod Vinctum  
 in porci dorso mollius est. Lucius Columella septimo, Fri-  
 goris fomenta adhibentur, caput & spina tepenti adipe, uel  
 uncto linuntur. sed Persius adiectiue posuit,

Vincta uixisse patella.

Semper Laridum apud Plautum trisyllabum, apud Iuuenalem Laridum  
 duarum

duarum syllabarum dicitur, quasi large aspidum, est enim e  
ro sicca id est salsa. Iuuenalis,

Sicci terga suis.

quæ tam unctum quæ macram significat carnem, Iuuenalis,  
Et natalicium cognatis ponere lardum.

**Axungia** Axungia est adeps inueteratus, & abdomen uetustate ma  
ceratum, Plinius uicesimo, & siluestri ruta cum axungia ue  
teri, illitos ramices sanari produit. Popa ideo pinguedinem  
**Popa.** significat, ut apud Persium est,

Tremat omento popa uenter.

quia panis erat quo uescebantur sacerdotes, uel eorum mi  
nistri, & eius in usu perpetuo fiebat habitiores. Hinc Popea  
**Popeana** na pinguis unguenta dixerunt ueteres. Iuuenalis,  
Ridendaque multo

Pane tumet facies, aut pinguis popeana

Spirat. & hinc miseri uiscantur labra mariti.

**Sebum.** His omnibus adderem & sebum, nisi notissimæ significatio  
nis uerbum ex se iaceret sebo, as. L. Columella secundo, fa  
pinfere, faces incidere, candelas sebare. Legit & seuare, quia  
seuum quoque pro sebo ponitur, Q. Serenus,

**Seuum.** Parua sabucus inest hircino collita seuo.

## • VESICA •

**Vesica.**



**VESICAM** ultimo loco posui inter intestina,  
quonia de ea diuerso modo dicendum erat. nam ali  
ter in uiro, & aliter in muliere sita est. In uiro enim  
iuxta rectum intestinum locat, in sinisteriore parte  
aliquanto inclinatio, & quibusdam uenis cum eo esse coniungit  
quod

quod subest pubi. Est autē uesica in ipso sinu, hoc est, uascu-  
lo urinario neruosa, circa ceruicem autē plena atq; pinguis.  
In fœminis uero supra earum genitalia sita, supraq; elapsa  
ab ipsa uulua sustentatur. Quapropter satyricus huius rei  
non ignarus a loco uicino sumens occasionem dixit.

Vetulae uesica beata.

Pro uulua. Ad hanc igit uesicam singulae uenae colore albae  
a renibus feruntur. & has <sup>δυσήτρως</sup> Graeci nuncupant, quod  
per eas descendente urinam in ipsam uesicam distillare con-  
cipiunt, ut dare demonstrat Cornelius, Celsus. Vnum tamē  
non est obliuioni tradendum, in masculis scilicet iter urinae  
longum, sed compressum esse. In mulieribus autem breuius  
sed pinguis. Vulua, quam Macrobius uocat matricem, in  
uirginibus admodum exigua est, & in mulieribus nisi praeg-  
nantibus nō multo maior, q̄ ut manu comprehendatur.  
Huius ceruix recta tenuataq; canalis dicitur uuluae. illic em̄  
semen animatur, nisi nimia sagina laedatur, pinguedo enim  
huius loci conceptioni aduersatur. Raro enim concipiunt,  
quarum canalis uuluae pinguior est, & si cōceperit, abortum  
faciunt. Quorum poeta non ignarus de equino genere in  
Georgicis sic locutus est,

Sæpe etiam cursu quatiunt & sole fatigant,  
Cum grauer tunis gemit area frugibus & cum  
Surgentem ad zephyrum paleae iactantur inanes,  
Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus,  
Sit genitali aruo, & sulcos obliuet inertes.

Sed rapiat sitiens uenerem interiusq; recondat.

Ex his igitur uerbis elicimus uuluae pinguedinē generationi  
officere, cum aruum genitale diligentissimus poeta canalem

Vulua.

Canalis  
uuluae.

Aruum  
genitale  
apud Ma-  
ronem.

y uuluae,

uuluae, ut arua ex semine concipientem, d<sup>o</sup>centi similitudine  
nuncupavit. Vuluam autem nimia sagina compleri declarat Sa-  
tyricus, cum ad iucunda esculenta hoc sermone traducit,  
Squalidus in magna fastidit compe de fossor  
Qui meminit calidae sapiat quid uulua popinae.  
Sumitur aliquando pro ore uuluae. Iuuenalis,  
Adhuc ardens rigida tentigine uuluae.  
Est enim locus libidinis, nam illud Persij,  
Populo marcentes pandere uuluas.

Cum de masculo loqueretur, propter coitum satyrica mordaci-  
tate reprehendit. Medium autem uuluae, antiquitas eugium no-  
minavit, ut ait Nonius, Vuluae malum conuersio est, quod fre-  
quenter mulieribus accidit. Hinc illud uirus quod menstruum  
uocant, incredibili nocumento redundat. de quo inferere alii  
quid profecto pigeret, nisi uerba Plinij occurrerent, is enim sep-  
timo libro inquit, Sed nihil facile reperit mulierum profluvio  
magis monstriferum, aescunt superuentu musta, orta sterile-  
scunt, fruges moriuntur, hortorum germina & fructus arborum,  
quibus insedere decidunt, speculorum fulgor aspectu ipso he-  
betatur, acies ferri praestringitur, eborisque nitor, alui apiam  
moriuntur, aes etiam atque ferrum rubigo protinus corrumpitur,  
odorque lirus aera, & in rabiem agunt gustato eo canes, atque  
insanabilis ueneno morsus infigit. haec Plinius. Non  
igitur mirum, si sacrae quoque literae menstruatam mulierem non at-  
tingendam censent. Hoc menstruum dicitur etiam mensis, ut saepe  
legentibus occurret. Ratio utriusque nominis est, quia singulis  
mensibus quibus hoc malum frequens est, menstruo lan-  
guescunt, quibus raro, ad spatium trimestre, perueniunt illae,  
sicut quibusdam nunquam. menstruum autem a mense dici ostendunt

Eugium.  
Conuersio  
matricis.  
Menstruum.

Mensis.

dunt bimestris & semestris, & alia plura. & Vergilius qui in Georgicis inquit,

Quid menstrua luna moneret.

Singulis em̄ quibusq; mēsis renouat̄. Vuluæ sicuti membri uirilis est tentigo, quā quidā priapismū, quidam uero satyriasmū nuncupant. De tentigine muliebri. Iuuenalis,

Tentigo.  
Priapismus.  
Satyriasis.

Adhuc ardens rigida tentigine uulua.

Et de uirili in Priapeis,

Hac tentigine quam uidetis in me

Rumpatur precor usq; mentulaq;

Ne quicq; sibi pulset umbilicum.

Sed satyriasmū satyri nominant, sunt enim libidinosi. Ouidius primo Fastorum,

Et in Venerem satyrogum prona iuuentus.

Et signum satyriacum dicitur simulacrum Priapi, quod in hortis apud antiquos ponebatur, ad repellendas effascinationes, ita enim Plinius decimonono naturalis historiae inquit, Est & religio quaedam, hortosq; & fora, tantum contra inuidentiū effascinationes dicari, uidemus in remedio satyriaca signa, quanq; hortos tutelæ Veneris assignante Plauto.

Signū satyriacū.

Contra igitur effascinantū inuidiam satyriaca signa in hortis, ut ait, ponunt. Non igitur mirum si fascinū quoq;

Fascinū.

ut dictum est, membrū uirile significat, quandoquidem eo prohibente nemo effascinat, de hoc in Priapeis,

Pedicabere fascino pedali.

Hinc est quod medio digito, qui dicitur impudicus & infamis, priapum representant, propter causas libro superiore assignatas. Infamem autē medium digitum dici, & impudicum ostendunt duo uiri clarissimi, nam sic Persius,

Medius digitus infamis.

y 2 Infami

Infami digito & lustralibus ante saluis  
 Expiat, urentes oculos inhibere perita.  
 Et alter in Priapeis,  
 Derides quoq; fur & impudicum  
 Ostendis digitum mihi minitanti.  
 Et in Iuuenale ut diximus,

Mediumq; ostenderet unguem.

Quod factum est apud ueteres, ut insinuaretur, tales esse  
 eos, quibus hæc ostenduntur, ut non uiros, sed mulieres cre-  
 damus, quæ solent huiusmodi membra excipere. Sed Prip-  
 tum signum satyricum a coruis coli ostendit Horatius pri-  
 mo Sermonum, cum Priapus sibi ipsi dicat,  
 Mentior, at siquid merdis caput inquiner albis  
 Coruorum.

Tanq; auium familiarium, quæ capiti suo solitæ sint inside-  
 re. Et propter hanc rationem, saepe coruus inter illa quæ ad  
 signa satyrica redcunt, merito annumeratur. Martialis,  
 Corue saluator quare fellator haberi?

In caput intrauit mentula nulla tuum.

Hanc auem etiam Priapo assignari ratio dicit, nam ipsa  
 quoq; dicitur auis satyra, de qua sic, L. Florus cum singulari  
 certamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia  
 detraxit, inde Torquati. iterum Pontino agro, cum in simili  
 pugna latius insidente galeæ satyra alite adiutus, inde Cor-  
 uini. His igitur omissis tanq; longo postliminio ad uesciam  
 reuertamur, ex ea em fluit urina, quæ alio uocabulo lotium  
 appellatur. L. Columella tertio, plagam acri aceto pariter ac  
 lotio ueteri, permixta terra, linito, eodemq; radices rigato.  
 Lotium autem dictum, quia est totius corporis lotio, sicut  
 urina

Satyra  
 alis.  
 Locus.  
 Flori.

Urina.

Lotium.



urina ab urinor verbo uidetur deriuata . est autem urinari, Urinari.  
 demergi & sub aqua esse. Vnde Marcus Varro, urnam pro Urna.  
 uase dictam putat. Plinius undecimo, eadem est causa qua  
 re sub aqua diu ranæ & focæ urinentur . Cur igitur non cre  
 dam sic urinam appellatam, quia distillando in uesicam de  
 scendit, & quodammodo demergitur. licet quidam græcum Calculus  
 esse sentiant. Vesicæ morbus est calculus, utinam nō nimiū  
 notus, sic nominatus a calcando. Est enim lapillus, qui cum  
 calcatur, lædit. ad cuius similitudinē morbum quoq; dixere.  
 hoc etiam nomine appellant, quibus in computando utun  
 tur. Iuuenalis,

Ponatur calculus ingens.

Sed hic morbus magnos plerūq; uiros infestat, & maxime Laus Io  
annis Ar  
chiepisco  
pi Strigo  
nienfis.  
 IOANNEM ARCHIEPISCOPVM STRIGONIEN  
 SEM, uirum diuino consilio, doctrina admirabili, integrita  
 te uitæ conspicuum, rebus gestis clarissimū, Qui tempestate  
 nostra musas ex toto orbe fugatas, ad se reuocauit, Hunga  
 riamq; nouum musarū domicilium cōstituit, unde factum  
 est, ut qui dispersi fuerant docti, ad ipsum tanq; ad literarū  
 parentem turmatim confluxerint, Nam diu cum eo uixit,  
 præmioq; affectus, nomine IOANNIS nunc Archiepiscopi  
 STRIGONIENSIS, librū dedit Aeneas Senēsis qui postea  
 pontifex effectus, Pius cognominatus est. Non referam  
 quantis impensis construxerit illam omnibus fere mortali  
 bus celebrem bibliothecam, in quam omnium disciplinarū  
 monumenta congeffit. Et cum maxime calculo laboraret li  
 brorum curam, disciplinarum delectationem, doctorum ho  
 minum fauorem, reipub. gubernacula (nam in eo multorū  
 regnorū onus recumbebat) nunq; dimisit neq; postposuit.  
 y 3 quod

Stran/  
guria.

Quā co/  
acte hic  
reprehen  
dendi  
Lauren-  
tium ca/  
ptat occa  
sionem.

quod me uidente factum est. Non possunt igitur hunc mor-  
bum non infectari, quandoquidem unicum studiorum fau-  
torem tam uehementer affecerit. Sed de calculo sic Plinius  
uigesimo, Statui raphani decocti mane poti ad ternos cy-  
athos comminuunt & eijciunt calculos. Est & uesicæ uitium  
stranguria. Videtur enim canalis uesicæ ita strangulari, ut  
urina aut guttatim fluat, aut omnino supprimatur. De hoc  
& alio quoq; morbo loquitur Cato primo Rerum rusticarū,  
At dyspepsiam & stranguriam, mederi oportet. malum pu-  
nicum, Vbi florebit colligite tres minas, in amphoram in-  
fundito. Sunt & alij plures morbi, quos consulto prætermi-  
timus. Non enim omnes describere est nostri instituti, sicuti  
diximus. De homine satis, ut arbitror, scriptum est. Etiam  
libro secundo, supremam manum imponerem, nisi illud oc-  
curreret, sapius in hoc uolumine a nobis Hieronymum in  
sacris literis fuisse allegatum, & hoc fortassis imperitorum  
turbaret animos, nisi ea diluerentur, quæ in reprehensio-  
nem Hieronymi a Laurentio Vallensi impudenter nimis  
& indocte in libro Elegantiarū posita sunt. Videretur enim  
Hieronymi autoritas, cui sæpe nos innixi sumus, fluxa &  
uana, si Laurentij Vallensis in Hieronymum criminatio,  
mentibus hominum inhaeret. Quapropter stultitiæ argue-  
rent Galeottum, qui tam reprobati uiri sermone uteretur,  
essetq; calumnia Hieronymo cum Galeotto communis.  
præsertim si errasset Hieronymus, & Galeottus errata pro  
approbatis habuisset. Sed in hac defensione a te Hierony-  
me sanctissime & sine dubitatione omnium Christianorū  
eruditissime ueniam peto. Non enim Achilli honorificum  
esset, si Thersites pro eius defensione pugnaret. nuncq; em  
tant

tanti me faciam. ut tui defensor merear appellari. Tu enim mole tua, singulari q; doctrina stas, æternumq; stabis, omnibus imperitorum fluctibus resistens. Sed (ut arbitror) non arrogantis erit, si Laurentium Vallensem coarguero, docue- roq; omnes doctrinam tuam sanctissime uir, impudenter pariter & indocte carpisse. Licet hæc tui pfe cõtemnas, nam in illa beatitudine inter angelorum choros in ipso diuinitatis aspectu, immortalitate subnixus, lætari pfecto, ridesq; tui ludibria trunci, nec allatrantem Laurentium curas, præsertim cum iam uiuentis tui animus aduersariorum maledi- ctis concaluerit. Tibi enim datum est, ut sine æmulis fueris nunq;. nam ut omittam quæ sparsim per omnia tua opera de æmulis conquereris, illud satis sit in medium attulisse, qd est in procemio Iob, cuius initiũ huiusmodi est. Cogor per singulos diuinæ scripturæ libros, aduersariorum respõdere maledictis, Et inferius, Audiant quapropter canes mei. Ca- nes, uir beatissime, aduersarios nuncupasti, quorum natura est latrare semper & inuidere. Nullum enim animal magis inuidum inter nos natura constituit. nam in suos sæuiunt, nec quẽq; sine morflu aut latratu abire patiunt. Sed quo- rum Laurentius Hieronymum insimulat, quatuor sunt. Nam licet multis in locis sacre scripturæ se censore faciat, Hieronymũ tamen nõ nominat. Putauit enim alium fuisse interpretem, de quibus nihil impræsentiarum. solum ad ea sermo uertetur, in quibus nominatim Hieronymum carpit. Sic enim inquit Laurentius in quinto libro elegantiarũ, Ita hæc duo idem supinum a sto, uel sto a sisto accipit, quod est statum, unde fit stator quod magis a sisto, q̃ a sto descendit. Ob idq; Iuppiter Stator uocatus, quia Romulum orantem  
ut fugam

Et fuit  
alius.

ut fugam suorum sisteret, audiuit. Quare nescio cur Hieronymus contra Iouinianum dixerit, offendet Iouem Stator, qui libenter sederit, quasi Iuppiter Stator a stando dicitur, & non a sistendo. Hæc Laurentius. Hic libet interrogare, qua coniectura, quæ literarum similitudine a sisto deriuat statorem Laurentius, cum sto steti statum manifestissime faciat. & hinc stator qui stat. Stare autem duo significat, erectum, & immobilem esse. Vergilius,

Stat sua cuiq; dies.

Et apud Ouidium,

Sic stat sententia.

Sacra  
stata.

Pro immobilis & fixa est. Et sacra stata dicuntur quæ non mutantur, & firma & stabilita sunt. Qui igitur stat aut non

Stator,  
famulus.

mouetur, aut erectus est. unde Statorum magistratus famulum uocauit antiquitas, qui a magistratu non mouetur, nec cum eo sedet. Stator autem Iuppiter dicitur, qui stare animo

Iuppiter  
prædator

facit, qui autem stat animo, non fugiunt. huiusmodi enim nomina dijs ab effectu tribuunt. Vnde Iuppiter Prædator

Apollo  
tortor.

dicitur, cui aliquid de præda debetur, ut ait Seruius. Dicitur autem sic, quia ad prædam fuit adiutor. Apollo tortor cui

Iuppiter  
pistor.

pro remotis tormentis sumus obnoxij. Et Iuppiter Pistor, cui aranæ Romani dicauere, in Capitolio, quia eos admonuit in obsidione Capitolina, ex omni frumento quod ha-

Stare.  
Sedere.

berent, panem facerent, & in hostium castra iactarent. quo facto, soluta est obsidio, desperantibus Gallis inopia subigi

posse Romanos. Pistor ergo quia pro re pista, Sic etiã Stator, quia ei pro statu, hoc est, immobilitate pugnae debetur.

fauor enim numinis huius causa fuit. Nam stare negotium agere, sicuti sedere otari significat. Ouidius de Tristibus,  
Mulciber

Mulciber in troiam pro troia stabat Apollo.

Vulcanus aduersus Troianos, Apollo uero contra Græcos stabant, hoc est laborabant & operabantur. Non enim sedebant id est non erant otiosi. sedere enim manifestæ significationis est, etiam cum ad ignauos refertur. Cicero ad Herennium, Cum etiam maiores impendere uideantur, sedetis & oscitami. Stator igitur dicitur qui stat. Et stare significat operari, cui contrarium est sedere, quod significat otiosum esse. Recte igitur Hieronymus per cauillum irrisit Iouem, qui cum stare putaretur, id est aliquid agere, ei tribuit sessionem tanquam nihil operanti. Vana enim erat Iouis potentia. Sed fingamus statorem dictum a sistendo, ut tu somnias Laurenti, quid obstabit dicto Hieronymi, ignoras ne tu scommata & strophas non semper ad sensum, sed ad uerba & ad unicam, ut ita dicam, literam referri. Vnde M. Rutilius Pitholaus, C. Seruilio qui uno die consul fuerat, dixit ante flamines, nunc consules diales fiunt, referens scommata suum non ad significationem, sed ad nominis similitudinem. quando quidem dialis non a die, sed ἀπὸ τοῦ δῖος id est Ioue deriuatur, cum de flamine loquimur, cum alias dialis a die formetur. Horatius,

Iouem diales dissipati sunt cineres.

Adicit Laurentius in eodem libro elegantiarum. Nimirum oblitus historiae est, & super Ionam fabulae, ubi ait ex Ioppe Iudae portu, Andromedam a Perseo liberatam. in quo incolarum manifestus est error, qui cum legerint quod Ionas surrexit, ut fugeret, in Tharsis & Ioppen, opinantur hanc esse Andromedae urbem, cum sit in India ciuitas Tharsis. unde illa fuit, ut ipse quoque Hieronymus meminit. Ouidius

z libro

Vide  
Erasmi in  
Hieronymi  
scho-  
lia.

Scommata  
M. Ruti-  
lij.

Alter  
Hieronymi  
locus a  
Laurentij  
calumnia  
defensus

Hiero-  
m Scato-  
ando di-  
t interro-  
ne a sisto  
n manife-  
duo signi-  
  
qua non  
t aut non  
tus famu-  
etur, nec  
re animo  
odi enim  
Prædator  
. Dicitur  
ortor cui  
er Pistor,  
s admo-  
quod ha-  
ent. quo  
ia subigi  
etiã Sta-  
debetur.  
egorium  
tibus,  
Mulciber

libro primo de arte amandi,

Andromedam Perseus nigris portauit ab Indis,  
Et Sapho ad Phaonem

Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo,  
Andromedæ patria fusca colore fuit.

Haecenus Laurentius. Piget respondere in rotam puerili. nō  
q̄ em̄ mihi persuadere potuissē, nisi legissem hæc, tā deli-  
rū Laurentiū, Arguis Laurēti Hieronymū. inquis em̄ nū-  
rū oblit⁹ historiae est, & super Ionā fabulæ, ubi ait ex Ioppe  
Iudææ portu, Andromedā a Perseo liberatā, cui inquā succi-  
nis ambages? Tu Laurenti sanctissimū & eruditissimū illū  
uirū in fabulis carpes? tu Hieronymū totius fidei lumē, di-  
sciplinarū fontē, eloquentiæ flumen, trium linguarū peritiā  
subfultū obliuionis argues? nescis Laurenti quātus in omni  
doctrina fuerit Hieronymus, profecto nescis. nō em̄ hæc di-  
ceres si diligenter eius dicta inspiceres. non em̄ ipse sed tu fa-  
bulā ignorasti, Taceo illud tanq̄ omnibus notum, q̄ Iop-  
pe pro Andromeda a nomine oppidi ponit Propertius.  
Vobiscum Ioppe, uobiscum est candida Tyro.  
ac si illam fuscā uoluerit insinuare. Taceo quæ super hæc  
re dicere possem, Audiatur Plinius, qui sic inquit, Aegyptio-  
rum bellis attrita est Aethiopia, uicissim imperitando serui-  
endoq; clara & potens, etiā usq; ad Troiana bella Memno-  
ne regnante, & Syriæ imperitasse eam, nostroq; litori, ætate  
regis Cephei patet Andromedæ fabulis. Ex hoc igitur ser-  
mone comprehendimus Cepheum Andromedæ patrē in  
Syria quoq; regnasse, & Ioppe Syriæ est oppidum. In hoc  
igitur Syriæ oppido belluæ obiecta est Andromeda, tanq̄  
in regno patris, Hoc ita esse clarissime ostendit idē autor li-  
bro nono

bro nono historia suae naturalis, dicit em̄ tempore M. Scauri adilis ossa illi belluae, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, Romae apportata ex Ioppe oppido Iudaeae. Longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantes excedere, non est igitur fabulae oblitus Hieronymus. sed tu Laurenti fabularum inscius, quae non intellexisti pro erratis habuisti, nec dictum Ouidij considerasti. ipse em̄ in eo uersu, Andromedam Perseus nigris portauit ab Indis, antiquam patriam respexit. nam cum Cepheus Aethiopiae rex, filiam habuisset patrio colore fuscatam, obijcere tamen eam potuit belluae in Ioppe, quod erat Syriae, id est regni sui oppidum. Quod autem dicit a nigris Indis fortasse non est contrarium. a Cepheo enim & Cassiopea & alijs qui Aethiopes, id est Indi erant acceptam asportauit. Et si hoc nullo pacto intelligere potuisti, saltem ad memoriam reuocasses quod ait Cicero primo de legibus, cuius haec sunt uerba, non a poeta sed ut a teste ueritatem exigant. Perseuerat Laurentius *Alius locus.* in suis deliramentis in eodem loco de Hieronymo locutus ait enim, Eadem obliuio eiusdem fuit quod Gallos matris deum in Osee ait esse ex gente Gallorum. qui a Romanis ob ignominiam illius nationis uindice animo effeminantur. cum a Graecis hoc antea & tunc fuerat factitatum. Quorsum tendunt Laurenti haec portenta uerborum? quis hoc negat & a Graecis hoc factitatum? non enim hoc inficiatur Hieronymus, sed dicit hunc morem a Romanis assumptum in ignominiam Gallorum, quando quidem & gens & sacerdotes cognomines sunt. Sed illud te turbauit scio, hoc ex gente Gallorum esse, ac si Graeci non multas Gallorum consuetudines accepisset, cum longe, lateque dominati sint. Et Gallograeciam

Alio loco non ignoras a gallo & græco nominatam, Idem carpit Hieronymum in primo Genesios. quod sementem pro semine posuerit. In quo profecto subirascor Laurentio qui leges quoque profiteretur, cum iam per tot secula huius uocabuli fuerit possessor Hieronymus, non patiatu saltem iure præscriptionis Hieronymi esse, amissis præsertim instrumentis quibus se iusto titulo possidere monstraret. Nec, ut ego arbitror, si Vergilius & Cicero ignorantia arguerentur, quod in uocabulis errassent, locupletes testes reperirent, iam tot annis elapsis ad sui defensionem, ut ostenderent se ab alijs accepisse, & non finisse uocabula. Transeo Hieronymi canes quod etiam minutissima quæque scrutati sunt, quod si hoc malum uocabulum in hac significatione putassent nunquam profecto tauissent, quoniam & in alijs leuioribus carpere conati sunt. Sed ut hoc quoque refutet, ne Latini retius tantum uictor exultet, etiam monumentis amissis, ex æquo & bono iura nostra monstrabimus. Duo sunt oppositæ significationis, quæ tempus & rem significant. Contrariorum autem (ut ait Cicero) contraria sunt consequentia. messis igitur & sementis tantumque finis & principium se habent ut omnibus notum est, Messis autem duo representat, hoc est tempus metendi, & rem pro tempore Vergilius in Bucolico, Ante Æcum si frigus erit, si messis in umbra, hoc est, tempus metendi, pro re autem accipi, idem est testis in Georgicis,

Atque interfice messes,  
id est fruges. Sic etiam sementis & tempus & semen significat. Ouidius primo fastorum,  
Villice da requiem terræ semente peracta,  
pro tempore & actu seminandi, Idem in eodem,

Messis.

Semētis.



Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,

Ne noua per gelidas uista sit herba niues.

pro femine. Pro qua significatione assurgeret profecto grex grammaticorum, acclamantium poetice hoc dici, nisi repelleret eos Quintilianus, qui sic inquit, Historia quoque alere orationem, quandoque mouere, iucundoque succo potest, uerum sic ipsa est legēda, ut sciamus plerasque eius uirtutes oratori esse uitandas. est enim proxima poetis & quodammodo carmen solutum. Sciētes igitur Grāmatici, librum Geneleos non modo historiam, sed ipsam hīstoriarum matrem, non culpabunt in eo poeticum uerbum. nam, ut diximus, hīstoria est quodammodo solutum carmē. Hęc sunt quę mihi occurrunt a Laurentio in Hieronymum dicta. Non referam eiusdem uiri etiam in alios temeritatē. ab instituto enim nostro alienum est. sed alias docebimus librum elegantiarū erroribus scatere, Nam qui uis intelligit, illud quoque in Seruium male dictū. sic enim primo libro Laurentius ait, Quod autem posuit minime & maxime & similia Seruius, non recte posuit. Nam minimum est proprium aduerbium superlatiuum. Minime uero pro negatiōe accipitur, quasi nequaquam. ut hic homo est minimum literatus id est pauxillum literatus, ego sum minime literatus, id est idiota, & nihil prorsus habens literarum. Hęc Laurentius antiquorum immemor. Transeo Iuuenalis carmen,

Nemo malus felix minime corruptor,

id est ad minimū. Sed ero Lucij Columellę latinissimi uiri autoritate contentus, qui sic in primo libro ait, Circa uillam deinceps hęc esse oportet, Furnum & pistrinum, quantum

z 3 futurus

Seruium defendit.

Minimū.

Minime.

futurus numerus colonorum postulauerit, piscinas minime  
 duas, alteram quæ anserib<sup>9</sup> pecoricq<sup>9</sup> seruiat, alteram in qua  
 lupinum, ulmi uimina, uirgas atq<sup>3</sup> alia quæ sunt usibus no-  
 stris apta maceremus. Minime ergo id est ad minimum, mi-  
 nuit igitur hic, non negat. De his satis. Nunc ad rem nostrâ  
 reuertamur. Homo occidua legi subiacet, siq<sup>3</sup> enim dicimus,  
 teste Plinio, quam græci climatera uocant. Nam climater  
 aliud est, nisi quædam lex moriendi. Lex autem occidua  
 tinet tres & sexaginta annos, hoc enim tempus periculosi-  
 mum est, raro enim accidit sine uitæ, aut rerum mutatione,  
 nam, ut obseruatum est, duo numeri in nobis mutationem  
 faciunt. hoc est septenarius & nouenarius. Cum igitur hi  
 duo numeri simul iunguntur, maiorem mutandi uim ac po-  
 testatem habent. nouies enim septem anni, sexaginta tres  
 efficiunt, & rursus septies nouem, simili modo eundem con-  
 stituunt numerum, sexagesimustertius uitæ annus omnibus  
 fere cum periculo uitæ, & aliqua clade aut corporis aut rerū  
 uenit. Nam septem anni & nouem qui Hebdomatici & En-  
 neaci a Græcis appellantur, grauiâ pericula hominibus sem-  
 per inducunt. Sexagesimustertius qui utriusq<sup>3</sup> numeri mul-  
 tiplicatam, & inuicem sibi obligatam summam continet, nõ  
 nisi cum periculis aceruo uenit. & Horum, ut ait Firmi-  
 cus, non est una substantia. nam aut ex accusationibus, aut  
 ex insidijs, aut ex nauigationibus, aut ex itineribus, aut ex  
 damnis, aut amissione patrimonij, aut ægritudinibus, ex  
 uulnere, aut debilitate corporis. Non igitur admirabimur  
 epistolam Augusti ad Caium, quam refert Aul. Gellius, in  
 qua sic scriptum est. κλιματήρα communem seniorum omni-  
 um tertium sexagesimum annum euasimus. deos autē oro  
 ut mihi

Minime  
 p ad mi-  
 nimum.

Nugatur  
 hic Gale-  
 ottus, nã  
 Plini<sup>9</sup> κλι-  
 ματήρα,  
 scansilem  
 legem oc-  
 ciduã uo-  
 cat. non  
 simplici-  
 ter legem  
 occiduã.

ut mihi quantumcunq; superest temporis, id saluis uobis traducere liceat, in reipub. felicissimo gradu. HAEC igitur R. pater quæ de homine duobus uoluminib<sup>9</sup> absoluimus, tanq; ab optimo in te animo profecta, libenter accipias, rogamus, ut sint monumentum & pignus amoris.

GALEOTTI MARTII NARNIENSIS  
LIBRI SECVNDI DE HOMI-  
NE FINIS.

GEORGIUS MERVLA ALEXANDRINVS  
LAVRENTIO ET IVLIANO ME-  
DICES, SALVTEM.

**V**ETEREM legimus professorum morem fuisse quem posteriores crescentibus subinde disciplinis seruauerunt, ut ueri habendi gratia, si quid a scriptoribus perperam dictum fuisset, id corrigere & emendare uellent. nec uel amicis, uel præceptoribus parcerent modo ueritati consulerent. Sic Aristoteles Platonem, Varro Lelium, Casselium Sulpicius, Hilarium Hieronymus. Rursum Hieronymum Augustinus reprehendit. Alij quoque permulti leguntur, quorum concertatione bonæ artes & illustratæ sunt, & creuerunt maxime. Hos ego imitari cupiens cum opus Galeoti, quod de homine inscribitur legissem, plurimaq; non dico minus